



F·NAVSEAE

BLANCICAMPIANI IN ARTEM POETICEN, CARMINVMQVE CONDENDORVM. PRIMORDIA.

EIVSDEM SYNTAGMA DE CONFICIENDIS EPISTOLIS

Empturus ad Bibliopolam.

Hoc ne liber? Non. quid? Gaza est, quæ munera? uatem
Atq; oratorem continet ecce bonum.
Dic, q̃ti? Aere uenit puo. da? Munera hẽbo?
Immo, eris orator, moxq; poeta bonus.
Hunc lege thesaurũ iuuenisq; senexq;. Maronem,
Quo lecto, reddes & Cicerona. Vale.

Cum gratia & priuilegio.

4

HIERONYMVS A VITALIBVS PA-
tauinus ad librum.

Culte libelle petas Antenoris ipse Verendum
Vrbis Pontificem, culte libelle petas,
Culte libelle petas, quem stirps Zabarellica Paulum
Inclyta produxit, culte libelle petas.
Culte libelle petas magnum quem maxima fecit
Virtus pontificem, culte libelle petas
Culte libelle petas, quo non melior tibi tutor
Esse queat, uno culte libelle petas
Culte libelle petas quem Nestora tota iuuentus
Victurum exoptat, culte libelle petas.
Culte libelle petas cui me commendo per æuum
Te quoq; supp liciter. Vade libelle. Vale.

FOEDERICI A Stampa Rhœti Iambicum.

Author tuus non displicet.
Patronus atq; perplacet
Mirum in modum libellule
Non est tibi nunc tantulum
Timendum ut ipse Zoilus
Suo malusq; irrideat
Roncho, nec ipse edentulus
Te dente possit rodere
Beate primum maximo
Te offer tuoq; clarissimo
Antistiti, mox candidis
A desto tu lectoribus. Vale.

LIBELLVS AD AVTHOREM QVO *sibi eundum sit quærens, illo subinde respŏdente.*

L· *Quo uis, digrediar?* A. *uetustam ad urbem.*
Atq; Antenoream. L. *Rei quid istic?*
A. *Illustrem tibi quempiam patronum*
Quæras. L. *quem?* A. *Tibi censeo petendum*
Vrbis pontificem. L. *Quod illius, die,*
Est nomen? A. *Rogitas ubiq; notum*
Nomen stelligerum uel usq; Olympum?
L. *Qui scirem, ueluti rudis latebris*
Domi qui latui, timore labis
Clausus? Tu uel ob id mihi negabis
Haud quicquam ueniæ? A. *minus negarim.*
Nomen pontifici, uiro uerendo,
Est Paulo, ex genere ille Zabarello
Illustri, simul inclytoq; sanctus
Vita & moribus, estq; disciplinis
Clarus tam uariis, ut hæreo ipse.
Illum quem uocitem. Theosophiæ
Est doctor, tenet omniumq; legum
Prudentum, & canonum responsa patrum
Nouit, Quem media uel ex sophia
Depromptum nihil effugit sacrata
Callet carmina, apollinisq; pandit
Phœbi oracula. Pluribus quid utor?
Hic tantus, facile ut minus putarim,
Illum olim Cicerona uel laboris
Hunc, uel tantum operæ tulisse in ipso

Oratore bono excolendo, quantum.
I lle insumeret aut laboris, æuo
H oc nostro, aut olei, stylo eloquenti
S i uellet modo præsulem referre
H unc. Succumberet ille, opem negarent
V ires ingenii. Adde xenophontis
N ec tot connumerasse πειθειάν quot
H oc in præsule sunt, uigent, nitentq;
V irtutes. Sileant, Numam, Catonem.
A ristidem (etenim licet minutis
M ihi magna modo referre rebus)
Q uos hoc exuperat uiros, uel omnes
H ic præsul Reuerendus undecunq;,
Q uo illorum superat referta uanis
I nstituta dolis fides, sacra atq;
C hristi relligio. Ast libet supremum
I am tandem κολοφονα iungere. Haud dum
H ercle proposui tribus (quod aiunt)
B olis, hic panegyrim inops canendi
R hetor dicere, cuius ipsa laudum
N ec Demosthenis ora, scripta posse
P artem uel minimam referre credam
N on ignota cano, tibi fatebor
V erum. Ecce est adeundus ille præsul,
Quem si dicere tentem iners aperto,
E st totum ille σοφοσ et illa summa est.
H abes rem. Ito citus. L. Viam reclude
A. Vrbem ingressus, eas ubi uetustum
A d templum est iter, hoc, tenet quod alman

S edem præſulis, & patrum priorum.
Quo delatus, Eundum erit ſecundam
P er portam, e regione collocatam,
I llac, qua egredientibus uidentur
E xtemplo ad latus, & manum ſiniſtram
A edes conſpicuæ, modisq; miris
Structæ, Cæſareis pares ut aulis
P oſſes dicere, quaſq; poſſe credas
P ulchræ mœnia. Troiæ decora
O mnino æquiperare, quisq; credam
V rbis cædere regiæ ſuperba
P hœniſſæ atria, nec uenuſtiora
H is palatia ſplendidam fouere
R omam crediderim, uel eſt quid illis
I pſis pulchrius, aut fuit quid unquam.
T eſtes ſunt parii, quibus columnæ
I nſtructæ radiant, quibus figuris
S ubſtant pegmata lucidis Coloſſi.
Quæ cœlo uſq; ferunt ſuperbientes
H i ſupra Rhodiæ uenuſta molis
M iræ limina, L. Verum opus quid illis?
. A . I llic ingreditor, roges per ampla
M ox cœnacula, qua datur ſubire
P ræcelſi Thalamosq; præſulisq;
A d conclaue, Vbi mox uidebis illum
I pſum Pontificem, Senem uerendum.
C uius caluicies caput decorat.
N imirum reuerenda, honore plenam
E t frontem, atq; oculos Virum decentes.

magnum, magnificum, pium, grauemq́;.
H *unc accede. manu osculare dextram.*
F *lexo poplite dicere hæc memento.*
T *e, clarißime pontifex; me adire*
I *ußit Nausea, me tibiq́; totum*
E *t se dedicat, & tuo benigno*
E *t fausto auspicio uirum per ora*
M *e prodire cupit, tuo mihi quo*
M *aior nomine gloria atq́; scriptis*
E *ßet præsidium, faretq́; secla*
N *omen cuncta tuum, inclytum decusq́;,*
E *t uictura tuæ diu sacratæ*
L *aus famæ, pariter futura grates*
E *ßet posteritas, tibi patrono*
R *elatura, quod ipsa quodq́; adepta*
E *x me sit duce te bonum modo sit*
I *n me paruo aliquid boni. Proinde,*
O *ro sume libens, Verende præsul,*
A *ntistes generose, me pusillum,*
M *ox maiora tibi (deo fauente)*
M *ittet Nausea, totus author iste*
T *uum mancipium, cliens fidelis,*
C *onstans Verna, modo tibi uisurus*
S *ese perplacuisse, meq́;. Saluus*
S *is, & Nestoreu; peropto tempus*
V *icturus, super inde regna cœli*
S *censurus. Fruitor deo beatus.* **Vale.**

PIENTISSIMO PARIENSIVM ARCHIEPISCOPO PAVLO ZABARELLAE F. N. BLANCICAMPIANVS. S.

ESCIO, MAGNE PRAEsul, antistes optime, Vnde mihi hoc uel gratiæ uel fortunæ uenerit, ut qui me (uti profecto sum) nullum semper fecerim, facio, facturusq; semper, amiculi tamen mei e regione aliquem esse semperq; fore, & ex musca plane elephantem facere uelint, cõtendãtq;. Qua in opinione usq; adeo iamdudum obfirmati laborarunt, ut me non sibi modo, & præsentibus, uerum etiam cæteris esse, & ijdem posteris quibusq; notum fore concupiuerint. Cuius sane rei argumento illi, me etiamnum inuito, immo (ut uerum ingenue enuntiem) sæpenumero nesciente aliquot ex meis ꝓtrepticis quas ipsi, me dictãte, uiua (ut aiunt) uoce exceperũt, lucubratiõibus opuscula uerius præcipitarunt, quã edidere. Quod rei quãto me dolore adfecerit, nõ modo uerbis consequi, sed uel cogitatione ipsa complecti posse plurimum diffiteor, ide tamen optimum quenq; putamus subinde itellecturu;, qđ meo dudum periculo cautus didicerim, quã non tutũ, minusq; sit integrũ, quæ nulla sunt Aristarcho usa, in publicũ ꝓdire. Scripsi (fateor) et pcor nimirum adulescens lusi, atq; Antigenidæ more, mihi, meisq; solis, nõ ãt multitudini, nec populo cõcinui, nec eu sane aio, quod ederentur e uestigio, quæ intra parietes cum amiculis penitioribus ingenii modo exercendi gratia, nugarer,

scripsi. Nõ parũ ꝑindestomachor, qđ nõnulli mei nois, quã uelim studiosiores hoc rei ipm adeo conati fuerint, forte illud factitantes, ne nostræ intra parietes solũ, sed uel foris pariter opellæ nõnihil choragii aleret, qđ tamẽ tantũ abest cupiã, quo uel me modo Saulũ inter prophetas, et in dei opt. domo abiectũ esse, et habẽdũ, nec ẽt in mediocriter doctorũ numerũ referendũ desiderarim. Sed audi. Archiꝑsul optime et digniss. quã ipse cæcutiẽs Scyllã uitaturus in Charibdim ceciderim. Quãdoqdẽ rescientes ii mei fraterculi suũ in me prius studium dolenter me tulisse, sibi quoq; ex snia parum feliciter cessisse, aliud itineris nuper suis tentarunt uotis, qua possit mei adeundi, & (qđ utiq; uerius dixerim) circumueniendi copia esse futura facilior. Proximis nanq; anni superioris qui a Christo nato primus & uigesimus supra millesimum qngentẽsimumq; fuit, a legũ, cui operã, ut nunc, impẽdebam, studio feriis, denuo iidem mei amiculi non unius, sed diuersæ linguæ ac natiõis me haud quaq;, ut Tyrones Helæum Hippiam, q nihil esse ulla in arte rerũ oium, qđ ipse nesciret, iactitare solitus erat, sed cæcutiẽtes Monoculum, aut (qđ potius dixerit quispiã) cæcum cõuenientes iterum atq; iterum rogitarunt, ut subcisiuis dũtaxat meis horis, quas uel ego nunq; perdendas arbitrarer, sibi aliqd de artis poetices, cõponẽdorũq; carminum, cõficiendarumq; epistolarum rõne ipsis excipiẽtibus dictare prælegereq; succingerer, pergeremq;, petitionis uerecundiam amolituri addiderunt id oneris ipm meæ infirmiori ualetudini cui conualescenti sub illud ardẽtis caniculæ tẽpus opera dãda eẽt, remedio magno

perefuturum. Quid dicã? Me q̃dẽ, q̃ hoiem pariter patriæ amicorumq; causa genitum dignoui, suis præcibus sui amantissimum facile subinde, & sane superarunt, q̃ turpe duxerim, et piaculũ uel igne purgandum, si scintillam etiamnum eruditionis apud me solam torpescere sinerem, & grandioris quoq; sceleris putauerim, ut donum aliquod (si modo in me esset) sciẽtiæ pusillũ muti tenacitate silentii nemini impertirem. Hoc uel maxime, ne q̃ unum mihi talentum traditum terra occulerẽ defossæ pecuniæ culpa minus uacarem, ratus Hercule notã inuidiæ nunq̃ desese amoliturũ, q̃ alteri denegat, cõferre, qđ collatum minime sit amissurus. Ea ꝓpter, aliis etsi negotiis, studiisq; grauioribus nequaq̃ solutus, sed et ægritudinis perpetuæ molestia districtus, quæ mihi inter tot negotia, & animi corporisq; curas uel ex tẽpore de arte poetica, deq; cõficiundis epistolis succurrerunt summa fidelitate, maiore utiq; studio quã eruditiõe, & sine uerboꝝ apparatu istis petitoribus iportunĩ dictãdo cõmunicaui, arbitratus, hac me ꝓuincia post hac ab ipsis rude donãdum, & antiquo iterum ludo minime includendum, imo ab ipsorũ quotidiano ferme cõuitio ꝓrsus fore liberũ. Quã ãt, põtifex ĩtegerrime, abfuerit, ut Veiano mihi, cui uires ob ĩualescẽtẽ cottidie corporis ualetudinẽ radicitus pene sunt diminutæ, ad Herculis postẽ arma figere, et abdito latere agro cõcederetur, ĩde dignosces, qđ ẽt me ætatula adhuc teneriori, corporisq; uitio iuuenẽ senescẽtẽ, et Ilia derisui ducẽtẽ iidẽ ipsam i arenã ꝓuocarit, traxeritq; uolẽtẽ. quorsum isthæc iqs? paucis ãte diebus isti ipsi (quos sæpe nominitare res cogit)

mei amici magno aliorũ politioris studii cultorũ comita
tu cincti me adeũtes p̄cibus, supra quã dici põt, per deos
ĩmortales obsecrarũt, quo ea n̄ra, q̃ sibi domi cõicasse͂ et
ne cuiq; illorũ trãscribũdorũ copiã faceret, zoilorũ detre
ctationẽ ptimescẽs serio iterminatus esse͂. scholia iã tãdẽ
ederẽ, multosq; eorũ utilitatis pticipes efficerẽ, fore nimi
rũ subiiciẽtes, ut obsequutur magnã apud d-ũ max. mer
cedẽ demererer, et gratiã apd optios quosq; hũanarũ lr̄a
rũ studiosos multo maximã inirẽ. Ecce q̃ mea ẽ erga mei
amãtes facilitas diu sane ãtea fasciculũ recusantẽ, on⁹ sub
ide uel maximũ subire coegerũt, hocq; effecere, ut quã
rogassẽt, editionẽ plãe pollicit⁹ fueri, ita tamẽ pollicitus,
ut Hercules ipe Nano similior bellũ cõtra Amazones, et
Pirithous aduersũ ipios cẽtauros citra Theseũ mihi susci
piũdũ mĩme ducerẽ. Aiebã nimirũ me ipsis hac gesturũ;
lege morẽ, ut meas õpellas cicerõiana magis q̃ apellinea
cõsuetudie edẽdas curarẽ. Hoc ẽ, q̃ i publicũ pditũ iri ob
testati eẽnt, me i aures Metii iudicis, q̃ meuii descẽsura
et a doctis Læliis, q̃ ipito uulgo, cuiusmodi ipos eẽ suba
uererer, iudicatũ iri male, q̃ q̃ usu euẽire posse haudqua
q̃ dubitarẽ, ut eẽt i iudicãdo doctis cũ populo aliquoties
cõcordia, plurimũ tñ ĩteresse, qs a multitudie q̃ nõ nũq̃
affectibus nimiũ idulget, an ab iis q̃ ĩtelligũt, pbarẽ, ci
ceronis tã obrẽ q̃ apellis morẽ me põtius sequuturũ. hũc
eteni cõsuesse pdũt, opa, quæ iã pfecta diuẽdere statuis
set i pgula pp̄lo trãseũti exponere, et sub tabulis eũ late
re, ut qd iudicio populi reph̄ẽderetur, subide emẽdaret,
inq; meliorẽ formã redigeret. Laudabilis Aedepol, sed
laudabilior mos (ut mea fert s̄nia) Cice. Hic nẽpe, quæ

igenio laborarat, limæ tñ labore idiga, nõ uulgi quẽ si bi raro cõstare sciebat, sed uel Attici cõstãtiss. eoq; emũ ctiss. uel Varronis doctiss. uel Bruti sapictiss. pollitissi moq; pẽsanda iudicio dedisse phibetur. Q̃d̄ pfecto mo ris adeo posteris cõmẽdatũ ẽ, ut quæ illi igenio fecissent, nõ nisi doctiss. cuidã Aristarcho discernẽda uoluerit. Ar gumẽto hẽmus Tullius Frõtonẽ, q igenii sui monumẽta Balbo, Victruuiũ, q diuo Augusto. Iuliũ pollucẽ, q cõ modo ĩpatori, Calphur. q Nemesiano. Ex nostris vlpia num, Paulũq;, q Sabino et corrigẽda tradidere, et dedi carũt. Ego pinde, antistes digniss. cũ rogatus toties, iã tã dẽ igenioli mei labores tumultuarios ac subcisiuos emit tere statuerẽ, et antiquorũ exẽplo pmotus circunspicerẽ, tuẽtur⁹ uidelicet, cui meos Vrsinos fœtus educãdos, exor nãdos, iudicãdosq; mitterẽ, et subide dõarẽ. En mihi, quo quo me uerterẽ, solus et unic⁹ iter oẽs occurristi, cui eas imaturas (eiusmodi. n. eẽ timeo) fœturas, hoc ẽ nr̃a ĩ ar tẽ poeticẽ, et carminũ cõstruẽdorũ primordia (hoc nõis illã ĩscribere libuit, q̃d elemẽta mõ et artis eius ipsius, quã docẽt, ac pricipia p̃ se ferũt) et de cõficiundis ep̃lis Syntagma nõ tã castigãda quã tota dedicarẽ, maxĩe ido neus uidebare, qppe q Aristarchus ĩpe nõ igenii minus acrimonia, quã ai sapiã spectatus, quæ inibi scripta sunt inertia, rep̃hẽdere, dura culpare, sublucentia illustrare, ambigua explicare, mutãda deniq; uel mutare uel me liora reddere posses, et plane admirabilem, illumq; Palæ monium censorem agere. Tuæ igitur, amplis. archip̃sul, Amplitudini hasce nostras adolescenturientes (ut ita di xeri) adhuc opas manu, et cordẽ supplici offero, dico, et

qua debeo, reuerẽtia religiõeq; peride atq; numini meo cõsecro, dedico, tuasq; fore perpetuas cõstituo, et ita de niq; etiãnũ ꝓprias do & dedo, ut iudicio tuo oĩum lon ge iustißimo, eoq; prudentißimo stent, cadantq;. Esto tuæ ampl. cũ illis quodcũq; audẽdi ius, plenaq; potestas Da, quæso, istis meis nugis numen tuum, tutelã pſentem præsidiumq;, strenuam quoq; defensionẽ. Da, inquam istis diuini ingenũ tui lumẽ et splẽdorẽ, quo peride atq; sole splẽdidißimo illumiatæ per cymmerias, quas dicũt, tenebras sine errore penetrare poßint. Eqdem per te ab auditoribus de istis nostris opusculis dici posse non dubi to, qđ de Ennii olim operibus Maro. Se scilicet ex luto aurũ colligere. Quãdo & per sese, spero, non undecũq; mala, qn aliqua ex parte saltem poetices, oratoriæq; Ty ronibus candidatis poßint ꝓdesse, imo (nisi fallor) seni bus lectu iucunda. Siqdẽ non mihi Aeneã ætate grand æuum, & experientia doctum, sed Ascanium, haud dum ex ephebis egressum erudiendumq; nutriẽdumq; suscepi, tã et si & Aeneam ipsum inuctis istic frugibus glãde usurum minime putẽ. Sed qd longior? Esto, nihil horum zoilus me cõsequutum garriat, erit tamẽ mihi satis, superq;, si me discipulum frigescẽtẽ tibi doctißimo Antigenidæ tuis disertissimis Musis cecinisse sensero, quã uis minime hæsitẽ hoc etiãnum carminis populo placitu rum, quod pientißimis tuis auribus nõ absonum uidebi tur. Non enim abesse poterit Antimachum (absit suem Mineruæ me conferam) uniuersis fore gratum, si is uel uni tibi Platoni uere diuino placuerit, qui sis mihi unus instar omnium iure habẽdus. Hoc enim apud quosq; in

tegerrimos iudices, te diuo, et Archipræsule ad assem formato me adepturum constanter sperauerim, ut homūcio ipse in aliena lingua, barbara utiq́;, ac alienis, puto, sub rusticis moribus genit⁹, si nō Corneliæ matris Graccho rum, & Læliæ Caii filiæ gremio educatus, qualem si me uideri uellem, omni sum Melitide stultior habēdus, emunctam saltem & doctam Italiam aliquantisper incoluisse aduena censeri potuerim. Quanq̃ si hoc ipsum non indeptus fuero minime sim indoliturus, nec ægre laturus, imo cum eloquentissimo Theophrasto, cui eloquētia, uti nosti, diuinum tribuit nomen alacriter me cōsolabor, nempe quem Athenis cum miranda eloquentiæ laude agentem, interq́; sui generis philosophos in omni artium genere facile primas tenentem ab anicula quadā, eaq́; propola hospitem, hoc est, natione ciuem indicatū fuisse, sermone peregrinum scriptis prodidere. Verum enim uero isthæc missa faciens, Amplissime episcoporum princeps, denuo sub finem mei te operis unicum ex omnibus iudicem, patronum, tutelarem, defensoreq́; perpetuum constituo, & appello, cui, cuiusq́; ampli. hasce ipsas lucubratiunculas consecro totas, atq́; dedico, suppliciterq́; te oro, ut a tuis paulisper arduis, & seriis curis, atq́; negotiis semotus, huc aium tuum cādidissimum, simulq́; sapientissimum & plane diuinum aduertas uisurus, & iudicaturus, cuiusmodi sint, quæ tibi dedicarim consecrarimq́;. E quidem receptui canerem, nisi Sophocuidam Momo cogerer respondere, Momo, inquam, obiicienti me parum uel nihil tui habuisse nominis rationis, qui tibi impudentior tam paruula humanitatis stu-

dii, perinde atq; te non epm mō sed et eporū pricipē mi nime decentis mea monumenta dedicaueri. Q d' i me cri minis ipse parti uere digneq; dilues, et an eiusmodi scri ptiōis genus te clariss. archiepm dedeceat iudicabis, quē scio haudquaq; latere eius rei studia (quae uti humani tatis dicūtur, et sunt, nō nisi humanitatis, quē tu reddis ad unguē, antistitē decēt, est. n. ipsius haec studii rō san ctis multum cognata literis) adeo Mosi, Dauidi, Esaiae Solomōi, Iobo, Damaso, Pio, Origeni, Cyrillo, Cypriano Basilio, Naziāzeno, Nyseno, Lactātio, Tertulliāo. Ara tori Sedulio, Iuuēco, Prudētio, Fortunato, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Isidoro, et nra qdē tēpestate, Ni colao Perotto, Hermolao barbaro, Iouiāo Pōtano. Io. an aureliē, et aliis tui tuaeq; pfessiōis similibus, hoc ē. Euā gelica, et ea catholica doctrina, fide, sapīa, pietate, lenita te, placabilitate, eruditiōe, bonitate, religiōe uera, uitae sanctimonia maxīs Pōtificibus, Cardinalibus, Patriar chis, archiepis, epis, abbatibus, psbyteris, et xpi fidei do ctoribus itegerrimis, doctiss, grauiss. sanctissimisq; adeo inq; placuisse, ut tātū medius fidiꝰ abfuerit, ut illi isthaec leuiora (ut iste ait) studia (si usu uēisset) sibi dedicāda aliqua ex pte uoluerit, ut uel de his disciplinis ipsi aut foecūdis. pcsteritati scripta reliquere, aut decora pāgere carmīa, modulariq; uario poematū genere uersus p tpe dedignati fuerīt mīme, hocq; studii genus ipm a sua pfes siōe alienū haud existimarit. Verū ex altera obiecti zoi li pte fortassis nō iniuria repheōdor, me uidelicet tā minu ta tibi amplissimo psuli obtulisse. Ingenue et ipsemet fa teor, ac scio me nimiū temere meos leuioris opae libellos

tibi summo oĩ in re ep̃o dedicare, nec tã parua munuscu la, planeq; nuda, tãto esse digna pricipe. Cæterũ; ẽ, quo me cõsolor. Cõpertum sane habeo te nõ qđ dat sed ꝗ et quo dat aĩo ĩspecturum, meq; lacte tibi tutelari meo, et statori ioui sacrificẽ facile passurũ, ꝗ thure careo. nã i hoc ipo nõ mõ seq deu; sed te deo simillimũ fingere optimus ꝗsq; adfirmabit quũ et ille maxius utiq; põtifex, rerũq; cõditor oĩum uiduã paupculã duo tãtu; æra i gazophi latiũ mittẽtẽ uel Cræsi thesauris p̃tulerit. qđ tãetsi abs te benigniss. opt. põtifice mihi futurũ minus difficile spe rẽ, nihil tamẽ est, quo neget ꝗspiã hæc nostra exigua ad modũ mõumẽta te solo patrono adeonsq; (ꝑcedẽte tpe) magna factũ iri, ut et mihi more Apiõis grãmatici pene sim psuasurus ĩmortalẽ me futurũ, qđ nostræ qualescũq; lucubratiões tibi fuerint dedicatæ. Quapropter tuo fac numie (obsecro) hæc nostra collectanea sint æterna, iis ꝙ pariter solida tua et iclyta uirtus, huiusq; honor, laus gloria æternitati cõmẽdentur. Quo fiet, ut credas, me ti bi q̃ptum potui maximum dare conatũ, daturũq; uoluis se haud dubio maius et amplius, si meæ fuisset opis. At qualequale sit, qđ supplex offero, supplex obtestor, huic sis, qđ xp̃s zacheo, et Lazaro, qđq; Hælias Sarreptanæ mulieri, puto hisce meis per te sit opellis tutela, ĩmũnitas salus, qua utinã sp pfruaris. Qđ p̃cipuu; optis ꝗbusq; uotum esto. Vale. Bononiæ. xv. Febr. Calẽ. M. XXII.

F. N.

πρῶτα θέον τίμα

L. PAVLVS RHOSELLVS PATAVINVS, FOEDERICO NAVSEAE BLANCICAMPIANO S.D.

Tvllius ille Cicero, q̄ pater eloquẽtiæ iure dici pōt, in ea quā habuit ꝓ Archia poeta oratiōe, Fœderice humanißime, hisce usus ē uerbis ad poetarū diuinitatē celebrādā. Atq̄ sic a sūmis hoībus, eruditißimisq́; accepimus, cæterarū rerū studia, et doctrina, et p̄ceptis, et arte cōstare, poetā natura ipā ualere, et mētis uiribus excitari, et quasi diuino quodā spū afflari, tu uero cū natura ipsa ad hāc disciplinā excolēdā genitus, educatusq́; sis, nō hoc tamē cōtētus, mirā quādā artē, et optima p̄cepta naturæ adhibes, p̄stasq́; id præ oībus unus tua idustria, ut cæterorū quoq́; huiusce artis studiosorū natura melior reddatur, quāobrē nō possū; nō magnopere uel mihi, uel cæteris poetices facultatis studiosis gratulari, q̄ tale hac nostra tempestate sortiti fuerimus opus, quale, ante hac maiores nostri perlegere exoptarint. Hoc.n. ad perēnē illū et optatißimū musarū fontē studiosi oēs ita facile perducētur, ut breui sperādū sit, felicißima illa poetarū secula, quæ, romano uigēte īperio, floruisse legimus, reditura, quæ nā mediusfidius metrorū genera? quos rhythmos? quas dimēsiōes? nō ex tuo hoc libello percipere poterit studiosißimus q̄sq́;? quare (ut libere q̄d sentio dicā) si q̄s est, q̄ breui in summū se euadere poetā optet, libellū hūc e manibus nunq̄; suis dimittat, uerū hūc legat hūc euoluat, hūc deniq́; totum ediscat, sic.n. laurea illa apollinea, caput suū facile exornabit, quare tibi studiosorū oīum noīe gratias agēdas mihi duxi, q̄ eos tuo isto aureo libello clarißima laude honestādos curasti. Vale, & ut facis studiosorū cōmoditati consule. Venetiis.

PRAEFATIO AVTHORIS AD AVDITORES.

QVOD VOBIS, OPTIMI *adolescentes, mea carminis condendi, iuxta & poetices præcepta exponi uelitis, non tam lætor quàm probo. Lætor siquidem, quod ad eam disciplinam adspiretis, quæ sit & iucunda & quã oppido utilis, tum quod in ea perdiscenda me, etsi indigno, doctore uti contenderitis. Quippe, qui tanti me existimarim abs uobis fieri, quantum idipsum studii genus desideratis. Probo, subinde, hac uos artiũ delectari, qua præstantiorem (absit dicto inuidia) dixerim nullam. Cuius equidem esse tot, tantasq; laudes dignouerim, ut earum Mediusfidius nullum neq; finem neq; principiũ facile reperierim. quot enim singulæ merentur artes laudum præconia, tot in hanc unam congesta minime dubitamus. Quandoquidem ea uel sola habeatur, quæ quandam in se Encyclopediam, idest, omnem doctrinarũ agnitionem & orbem complectatur. Statueram, fateor, uel mediocrem dumtaxat eius disciplinæ laudem uobis recensere, Verum uiribus intuens meis prouinciam longe imparem susceptam, meo etiam pudore, silentio potius eam & sub inuolucro transeundam putaui, ne essem eo pedẽ laturus, unde uerecundia ipsum proferre uetaret, quóq; latius ire inhiberet, aut ne ilia defessus trahẽs spissæ (ut ille inquit) coronæ casum rubea fronte exciperem. Cæ-*

Laudes artis poetices.

terum, illud meo in uos amore non subticuerim poeticen solam esse omnium & haberi, quæ uel prosit, uel delectat, aut simul & iucunda & idonea uitæ dicit, quæ denique quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, plenius ac melius (Flacco teste) Chrysippo & Crantore doceat. Hæc profecto quid patriæ debeatur, quid & amicis, quo sit amore parens, quo frater amandus & hospes. Quod sit conscripti, quod iudicis officium, quæ ducis in bello partes, quid denique personarum cuiuis conueniat, qui præterea quancunque ætatem mores deceant non obscure perdocet. Illa quid mœstum, quid iratum, quid ludentem, lasciuum, seuerum, quid Oedipum, quid Dauum, quid Heroem, quid seniem, quid iuuenem, matronam, nutricem, mercatorem, militem, ciuem, quid agricolam, quid denique quemcunque hominum, quacunque conditione deceat per quám plenissime prosequitur. Quo factum crediderim, ut ea ipsa disciplina priscis adeo magni sæculis fuerit habita, ut qui eam nesciret Amusus appellaretur, & indoctus omnino haberetur, q eius esset rudis. Haud commemorarim hanc a Platone philosophorum principem ad rempubli. maxime profuturam iudicatam, nempe quæ omnes uitæ partes & status complecteretur, tum ad bene beateque uiuendum semitam præberet, nec immerito, cum ipsam uetustissimi ueram nuncuparint philosophiam, idque (ut dicam, quod uere dicitur) non citra rationem, quod recte uiuendi uiam, salubres animæ rationes res gerendas, mores cultos, naturas, adfectiones, rerum ordinem, ordinis gradum, graduum

Flaccus

Quæ docet poetica

Amusus.

Poeta

uenustatem edoceat. Siluerim, quanto a maximis etiam principibus eius professores quondam, hodieq; habiti fuerint precio. Nemini enim non tam notum quàm esse notißimum censuerim Euripidem poetam Archelao Macedonum Regi contubernalem extitisse. Cherilum, alioqui illaudatum, Alexandro gratum, Anacreonta Polycrati Samiorum Tyranno dilectum, Menandrum a nonnullis Regibus per legatos petitum, Lælio Terentium familiarem, Ennium Scipioni charißimum, ab Augusto Maronem in primis honoratum, Horatium diuitiis a Mecœnate donatum. Taceo quàm Dantem Florentinum, Fœdericus Aragonensis Siciliæ Rex honorarit, Franciscum Petrarcham, Ioannes Galliarum Rex liberalißime coluerit. Quid? non dicendi locus est, quàm pleriq; omnes, & nostro quidem sæculo optimi quiq; Principes & Heroes id genus poetas excolant, benignitate foueant, authoritate tueantur. Inter quos nequaquam præterierim, nec ut prætercam phas, Illustrem & inclytum Barronem CHRISTOPHORVM a Suuartzenbergio inter Nobilißimos Germaniæ proceres Heroem longe clarißimum, & unicum sane studiorum Mecœnatem, qui sub clarißimo Principe meo Guilielmo, illustrißimo Bauariæ duce eum agit Etnearchem, talemq; Reipublicæ administratorem, ut interim studiorum omnium Antistes sit & habeatur, ac iuxta celebratißimum PLATONIS Eulogium magistratum se exhibeat, & Philosophum. Ille nimirum non Poetis, sed ii

Principes uiri poeticam amarunt
Euripides
Archelaus
Cherilus
Alexander
Polycrates
Anacreõ.
Menander.
Lælius.
Terẽtius.
Scipio.
Ennius.
August.
Vergilius
Mecœnas.
Horatius
Dantes
Petrarcha

debent illi, æternam per ipsum apud posteros memoriã, & nominis immortalitatem habituri. Ille inquam Mauortius plane Heros non Marte minus quam Pallade coruscans, inter litteratos litteratissimus, adeo usq; omnibus fauet litteratis, hosq; ita inclyto suorũ maiorũ (Stirps generosa Suargenbergẽsiũ.) stemmate (id quod ex ipsius sapientiæ & uirtutis stirpe generatum plane credam) exornat, morum dexteritate commendat, liberalitate sustentat, patrocinio tuetur, ut me hercle non poetæ modo, sed & uniuersi bonarum litterarum mystæ nihil non illi debeant. Et (ut semel dicã) nihil pfecto nobis puto futurũ felicius quâm ut illius similes sint futuri Mecœnates plurimi, & defore minus crediderim Marones & Flaccos, (Mecœnates. Marones) A quibus pariter & uos propediem adiutum iri haud dubitarim modo uobis (uelut non existimo) minime defuerit, laboremq; uoluptati prætulerit, quod quidem uos confido facturos, quoniam, ut ex Horatii dicto nostis, nil sine magno labore uita mortalibus egregii dederit, imo nec ignoratis ex nostro Cicerone ad quancunq; artem perdiscendam exercitatione opus fore. (Horatius. Cicero. Exercitatio.) Nec unquam (rectam modo uiam natura conseruarit) puerum optatam ad metã peruenisse, qui non multum & sudoris & algoris pertulisset, & nullum prorsus aut Venere aut Baccho aut somno (quos acerrimos omni & uirtutum & scientiarum hostes quiq; sapientissimi adfirmarunt) (Venus. Bacchus. Somnus.) doctiorem esse redditum. Hinc et uos nihil laboris præterfugituros sperauerim, & hoc quidem facilius, quo hæc disciplina cæteris maiore longo interuallo anteat. Solent enim, quæ maioris emuntur, & magis uulgo iuuare, & quod spe- (Rara chara.)

tiosum sit, a nemine nō desiderari. Ingredimini igitur fausto pede, quod proposui, iter, ipsumq́; alacriter carpite poetaśq́; (uel inuita Minerua) uos facitote, nec deterreri uos uelim, quo dici solet, natura fieri laudabile carmē, quando & ipsum arte quoq́; sit quæsitum, non enim studium sine diuite uena, nec rude prodesse ingenium. Venusinus cēsuit. Sic alterius altera res opem exposcit. Ausim ego dicere plerosq́; in Vates haud dubie magnos euasisse humana propemodum diligentia, doctrina, præceptis, & arte, quāquam eos furore tātum diuino nasci iusta pars autumarit, quod ego puer olim, nōdum ex æphebis egressus hoc effinxi disticho.

Minerua
Adagiū.
Natura
Venusinus
Vsum facere quādoq́; poetam.
Distichō

Quod natura negat cultæ studiosa Mineruæ
Actio complebit, corporis atq́; labor.

Sed quid pluribus? Eam arripite artem, et uobis uenam opulentissimam deesse haud sentietis. Rationem artis ipsi pro uirili fideliter communicabimus. (Dixi)

LVCII PAVLI RHOSELLI PATAVINI CARMEN IN QVO LIBELLVS LECTOREM ALLOQVITVR.

In medio recitare foro, pro laudis honore
Quemq; decet, magnum dulce laboris opus.
Laudari a doctis hæc unica gloria uatum est,
Quis, toto certe maius in orbe nihil.
Perlege tu uatum o studiose lector honoris
Hæc documenta mea, nec mihi finge sophos.
Non huc accessi Ciues, ut præmia haberem,
Nullus Mecœnas, & Maro nullus adest.

FOEDERICI NAVSEAE BLANCI- CAMPIANI IN POETICEN, ET ARTEM METRICAM PRIMORDIA.

SECTIO PRIMORDIORVM PRIMA, *Quid poetice, poesis, poema, ars metrica, poeta.*

POETICA, DIOMEDE DEfinitore, *est fictæ, ueræq; narrationis congruenti rithmo uel pede composita metrica structura, ad utilitatem, uoluptatemq; accõmodata. Constat hæc regulis & fundamẽtis, usu, necnon authoritate inductis, quare eam esse artem uenire in dubium non potest. Differt autem a Poesi, quod illa ipsa est ars, Hæc uero contextus, corpusue totius peracti operis, ut Aeneis Vergilii, Metamorphosis Ouidii. Poema opus dicitur singulare quoduis. Et est (Nonio teste) narratio numeris & uersibus connexa. Et poetica in uersificationibus fingendis facultas. Artem autem metricam, doctore nostro Marino, eiusq; alũno Quintiano adstipulantibus, definio, in qua metrorũ genera et syllabarũ q̃titas, et tẽporũ nume-* Poesis. Poetica Poema. Ars metrica.

Qui scripserũt de arte metrica. eorumq; ratio commonstratur, ut est uidere apud Terentianum, Seruium, Probum, Victorinum, Capellam. Poeta est, qui & poetica & metrica arte illustris præstare potest numerorum gratiosum contextum & sonorum, suoq; in genere idoneum & proprium.

Poeta. Hunc antiqui solum dicere sapientem non dubitarunt, quod in ipso esset omnium doctrinarum cognitio.

Plato. Hunc diuinum Plato dictitabat, quia a deo solo instructus esset.

Ennius. Hũc Ennius sanctum nominauit, quoniam non humana, sed deo inspirante, diuina tentaret.

Flaccus. Hinc de illo Flaccus. Dices hunc esse poetam, ingenium cui sit, cui mens diuinior, osq; magna sonaturum da nominis huius honorem.

Ouidius. Adludit Ouidius fastorum. iiii. impetus ille sacer qui uatum pectora nutrit. Idem in li. Amatoriæ artis. Est deus in nobis, sunt et commercia cœli. Sedibus æthereis spiritus ille uenit.

In poetarum Osores. Abeant igitur eminus qui poetas uel inter primos doctrinarum antistites connumerari nolunt, cum illi facile omnibus sint præstantiores.

SECVNDA SECTIO DE POETAE OFFICIO.

POETAE Officium esse Horatius nõ obscure expreßit, quod is uel prosit uel delectet, aut utrunq; pariter carmine præstet.

Isidorus. Poetæ officium. Verum Isidorus octauo Ethi. inquit, ut sub fabularum delectabili nube, iucundoq; fictionum cortice, quippiam ueræ naturæ deprehendatur.

Aristoteles. Id quod ab Aristotele sumptum ab illo

uideri potest, cum hic fabulam perinde atq; animam poe- *Fabula*
matis esse adseuerarit. In sententiam iuit Boccatius in Ge- Boccati-
nelo. Hinc occasione sumpta quidam Apuleium prosai- *us*
cũ, Lucanum uero Historiopiũ poetã ueriti sunt minime. *Apuleius*
Lucanus

TERTIA SECTIO DE VNIVERSO POEMATIS COR-PORE.

POEMATIS, *Cuius poetica arti-fex est, Diomede scribẽte, corpus est aut* Drãmaticum *aut* exigiticum *aut* com-*mune.* Drãmaticum, *quod & actiuũ* Drãmati-
dici audio, est, in cuius nulla parte uer- cum
bis poetæ locus datur, sed solæ personæ introductæ loquũ-tur. Eius sunt generis Comœdia, Tragœdia, Secundus *& Tertius lib.* Aenei. *ubi seorsum eos quis contemple-*
tur. Exigiticum*; alioqui enarratiuum, in quo poetæ* Exigiticũ
sermo est, introducta alia persona nulla, ut uidere est in Vergilii Georgicorum, *&* Lucretii *libris.* Com-*mune autem in quo poeta & personæ introductæ lo-quũtur, ueluti uidemus in* Iliade, *et* Odissea Homeri, *et uniuersa* Maronis Aeneide, *inq; lyricis, aliisq; huiusmo-di, quæ ratio considerationis fere omnibus speciebus est*
communis. Isthæc *nimirum ab illis, qui poetam quen-* Officia i-
piam interprætandum suscipiunt, in præelectionis exor- terprætã-
dio auditoribus narrari deberent. Vide Scodrensem *egre-* tium
gium uatem in Seruium.

QVARTA SECTIO DE POEMATIS SPECIEBVS IN VNIVERSVM.

QVONIAM VNAM ESSE poeticam, unoq; Musarum fauore, & diuini furoris impetu a reliquis disciplinis separatam constat, ita & ad formam pariter aliarum artium suis discerni membris, partibusq; dignosci dubium non est. Sũt sane poematum genera non pauca, a quibus singulis, singula poetarum nomina cœpisse certum est, quorum diuersitas partim ex dictionis uarietate, & alia, aliaq; decori obseruatione innascitur, partim rerum scribendarum metriq; usu exoritur. Solent enim non uno officii genere poemata, sed diuerso uagari, uti subinde ex ordine ostendemus. Poematum nanq; species ex authoribus hinc inde octo colliguntur. Heroicum, Lyricum, Elegiacum, Satyricum, Comicum, Tragicum, Buccolicum, Epigrammaticum. Quarum singulas suis sectionibus iuxta seriem paulopost, per quam breuissime enarrabimus.

Poemata sunt uaria.

Poematũ genera octo.

QVINTA SECTIO DE POEMATE HEROICO.

QVI POEMATA IN SPEcies diduxere, Heroicum in prima specie collocarunt, quod ipsum cætera, dignitate, arte, gratia, magnificentia, maxime præcellat. Componitur carmine hexametro, uocabulis electis, dictione graui, grauiter incedens, hoc dictum nomine, quia Heroum (Sunt autem Heroes semidei, uiriq; belli gloria famigerati, ex deorum amore in mulieres humanas uel ex uirorum amore erga deas sunt geniti, ceu Aeneas ex Anchise & Venere, Hercules ex Ioue & Alcmena. Cuiusmodi dicendos latine putauerim, quos Barones barbare nuncupamus, eos tamen apellari regulos censet Marinus noster doctissimus. Sed de hoc alias) gesta hac poematis species canuntur. Vsi ea Heroici poetæ dicuntur, ut fuerūt apud Græcos Homerus aliorum princeps, Hesiodus. Apud Latinos Maro, quem ego post alios, omnium rerum spiritu, uerborum sublimitate, adfectuum motu, personarum decore, styli candore & claritudine longe maximū prædicauerim. Lucanus itē, Syllius italicus. Quos & alio nomine Epicos dicunt, Epos autem definito re Diomede, carmen est hexametrum, in quo diuinarum, humanarumq; rerum est compræhensio. præcipue

Heroicū carmen

Heroes

Barones. Reguli Marinus

Poetæ Heroici

Homerus

Hesiodus

Maro

Lucanus

Sillius.

Epici.

Epos.

Diomedes

enim hexametricis carminibus construitur.

SEXTA SECTIO DE POEMATE LYRICO.

C. Tacitus — LYRICVM Poema ad laudem & (quod Cor. Tacitus Historicorum grauissimus & disertissimus in suo elegantissimo de genere eloquentiæ non corruptæ dialogo, in quem propediem nostri, deo uolente, commentarii exibunt, edenturq́; innuit) iucunditatem, uoluptatem quoq́; natum in secunda specie situm inuenio. Ipsum autem hoc sibi nominis usurpat, quod ad lyram cani consuerit, & musico sit concentui maxime consentaneum. (Lyricum carmen) In eo ab armorum impetu, et bellicis Heroum gestis abstinemus, nec rem quăpiam grauem quo modo, quoue ordine peracta sit prosequimur; sed ut gestam miramur potius & laudamus, amorum curis, & leuiusculis mortalium studiis addictum est. Cuius exemplum legitur apud Flaccum primo carminum libro Ode ad Agrippam. (Flaccus) Cuius est initium. Quis Martē tunica. quod carmen Iambicum est cum Gliconico. In illo poematis genere uario carminum usu utuntur, nunc iunctorum, nunc seorsum institutorum. Aliquando enim ex uno carminis genere, quandoq́; duobus, aliquādo tribus conflatur. Exempla inuentu facillima sunt apud Horatium, qui unicus est apud Latinos poeta lyricus, quē ipse tuto sequi posse crediderim. (Horatius lyricus) Quāquam uel inter Neote

ricos fuerint, qui non omninq infeliciter hoc poëmatis attentarunt. Ex quibus se primus, & quidem ex Italis, offert Facinus Ericinus Illustrissimi Salutiarum Marchionis Aethnarcha, uir haud dubio inter nobiles uere doctus, & inter doctos uere nobilis. Facit is sane carmina, & pedestri, quam dicunt, oratione ita præfulget, ut eius nōdum nec auditi nec uisi magnum possis ingenium, magnumq; optimarum artium studium, & ingenuam cognoscere nobilitatem. Eo factum, ut huius mihi uiri consuetudo (Est enim mei amantissimus, & cui ob pleraq; eius in me officia, quæ quottidie ad me Patauii capitis fluxionibus laborantem contulit, multa debeo) omnium sit longe cum gratissima tum honestissima, quippe quo præsente uiro, nihil in sermonem uenit, quod non ex media possit philosophia uideri depromptum. Illius pares habet Germania duos, Conradum Celtem, qui in humanis corpore dudum esse desiit. Benedictum Cœlidonium Benedictinæ professionis monachum, Norubergæ nuperis annis, iam (ut audio) Viennæ agentem, uirum mehercle, cui Musæ sacræ plurimum arrident. Reliqui suo se tempore, uel me silente, exhibebunt. Lyricis uolunt adiungendos Hymnographos & Melicos, qui deorum laudes maiori quodam spiritu decātarunt, quales apud Græcos memorantur Orpheus, Hesiodus. Apud Latinos Catullus, Prudentius. Clemēs, Seuerinus Boetius. Michael Marullus. Inter quorum forte Musas & libri nostrorum amicorum quattuor locum sibi (diis bene fortunātibus) suo uendicabunt tempore. Græci præterea Lyricis Tityrābum (quod carmē erat olim in laudem Dionisii, idest

Facinus Ericinus Aloisius Salutiarū Marchio.

Cōradus Celtos

Benedictus Cœlidonius

Lyrici

Hymnographi

Melici

Tityrambus

Dionisius

Bacchi conflatum, nunc prope abolitum) coniungendum autumarunt. Quo, anno superiori admodum graphice & concinne in aduentu Catholici Hispaniarum regis Caroli, Augustissimi totius orbis designati imperatoris Iacobus meus Philomusus magni nominis Ingolstadii & rhetor & Orator, uir sane disertissimus, & qui Germaniæ non paruam operam ad litteras latinas instaurandas nauauit, usus est. Cui (uti audio) opem modo cōfert multo maximam Ioannes Longicampianus emunctissimo humanioris studii sermone interpres, obq; id magnopere commendandum, cuius nimirum gloria intra parietes haudquaquam delitescet.

Carolus. Romano rū ipator

Iacobus Philomusus.

Ioā. Lōgicāpianus

SEPTIMA SECTIO DE POEMATE ELEGIACO.

IN TERTIA POEMATIS specie Elegiacum ponunt, quod Hexametro adiecto pentametro, constat. Nomen sibi sortitum a miseria, quæ Græce ἔλεγος fertur, Hinc illud Saphus apud Ouidium. Flēdus amor meus est Elegeia flebile carmen. Hoc poemate solitos animaduerti olim scribere poetas luctum, miseriarum deplorationes, quem uel hodierno pariter die usum seruari uideo, præcipueq; a Marino Becichemo nostro doctore in casu Censorii filii triplici deploratione. Et si paulatim deinde in amores & (arguente

Elegia. Sappho.

Beciche/mus Cēsorius.

hoc Corne. Tacito in emunctissimo de claris oratoribus dialogo) lasciuias, & rerum aliarum argumenta collapsum sit. Quod oppido perspicue Hora. de arte poe. lib. (quem ego unicuiq; , qui se poetam fore uelit ad unguem discendum suaserim) ostendit inquiens. Versibus impariter iunctis quærimonia primum, post etiam inclusa est sententia compos. Hoc poematis genere apud Græcos inclaruere Callimachus, Philetas. Apud Latinos, Tibullus, Propertius, ille Quintiliani, hic aliorum iudicio Elegorum maximus. Ouidius, qui mihi mirum in modum probatur, paulo tamen lascivior. Ex recentioribus non transierim nostrum Eobanum Hessium, eum quidem in Germania natum & educatum, usq; tamen adeo in eo carminis campo pbatum, ut ueteribus etiam opponi possit, & a nobis Naso nostri temporis sæpe nominatus. Cui esse parem nemo inficias ibit. Henricū meum Glareanum heluetium.

C. Taciti Dialogus
Horatius i arte poetica
Elegiaci poetæ
Tibullus
Proptius
Ouidius
Eobanus hessius.

OCTAVA SECTIO DE SATYRICO POEMATE.

SATYRAM QVARTA IN specie locum occupare reperimus. Hæc autem, teste Fabio lib. ora. Insti. io. Latinorum tota, & hexametro ducta uersu, maledica dicitur, & ad uitia mortalium carpenda instituta est. In ea

Satyra quidem morum censura agitur, cum laude uirtutis, et uitiorum repudio. Nomen suum a rerum copia, quæ mihi & tractantur & corriguntur, (licet in hoc non omnino inter Criticos constet) sortitus est præterea, hoc poema uatis indignatione suffarcinatum contra uitia, uideturq; in eo res quæq; describi, ac exponi, ut primo incidit. Est & ipsum sententiis acre, & seuerum, uerborum negligentia, & plerunq; cum indignatione, iræq; commotione inchoatur, ut uidere est apud Persium. Horatium, Iuuenalem, illum obscuriorem, istum tersiorem. hunc inter utrunq; medium cum gloria (me iudice) tenentem. qui post Varronem & Lucilium (quorum opera interciderunt) in Satyris conscribundis & soli & principes quoq; apud latinos habentur. Scio & Neotericos aliquos cum Italos tum Germanos id scribendi genus non aduersis Musis arripuisse, qui alias recensebuntur. Et nos in quendam Triobolarem homuncionem & Ganeonem satyram iam dudum meditati sumus, quám cum cæteris quæ succisiuo tempore lusimus opellis, paucu los intra dies emittendam statuimus. Fuere Græci in Satyra mirum in modum liberi, mordacesq;, quippe qui nulla ferme hominum reuerentia seruata, nuncupatim omnium errata acerbius carpsere, quemadmodum Aristophanes sæpenumero in suis etiam comœdiis quæ satyrarum locum obtinent, factitasse uidemus, Quod & latini multoties nominibus mutatis factitarunt, Vti Becichemus noster in sacrum morbum inuehitur. Cuius extant hac in materia Satyræ acerbitatis differtæ septem.

[Margin notes: Satyra; Iuuenalis; Persius; In martinianum; Græci Satyrici; Satyræ Becichemi]

NONA SECTIO DE POEMATE COMICO.

IN SPECIE POEMATVM quita cōnumeratur comœdia. In qua ciuilis fortunæ materia sine uitæ periculo describitur. Ab hac dicti sunt poetæ Comici, & Comœdi histriones. Est autem Comœdia, Donato docente, fabula Ciuilium ac priuatorum adfectus continens, qua quid in uita sit utile, quid contra euitandum discitur, & quidem iucundißime repræsentatur. Hinc iamdudum Cicero Comœdiam uitæ imitationem, consuetudinis speculū, ueritatis imaginem esse perhibuit. Hallucinantur itaq; & Lolio (ut adagio utar in istos retorto) uictitāt, qui in ea præter mera uenena, nihil reliqui esse impudenter adseuerant. Ego sane Comœdias adprime cum ob sermonis in illis castimoniam & sententiarum pulchritudinem tum ob uarios hominū usus & adfectus cognoscēdos proficuas, & plurimum, semperq; legendas (iuuenibus præsertim & adulescentibus) censuerim. Solitū produnt quondam Athenis Comœdiam agi ab iuuēta Attica circum pagos lasciuientibus choris, adhibitisq; quattuor & uiginti saltatoribus; sicut in Tragœdiis quindecim. Exprimuntur hoc poemate rusticorum conuenticula, amores, senū tenacitates, morositas, iuuenum furtiua Venus, meretricum fraudes, dolosæ seruorum technæ, Lenonum scrutinia, parasitorum uētris ingluuies

Comœdia

In poetarum osores.

Comœdias esse legēdas.

Atheniēsiū comicorū mos

Comœdiæ materia.

uies, & uoracitas, sodalium opportunæ opitulatiões, gloriosa militum iactantia, matrum indulgentiæ, patruorum inhibitiones, idq; genus similia, uelut apud Apuleium li. flo. iii. legitur, non prætereundum est comœdiã pede iambo frequenter constare. Comici floruerunt inter græcos Mænander, Euripides, Inter latinos Actius & Pacuuius, Terentius & Plautus, quos ego propter sententiarum grauitatem & uerborum candorem nunquam non legendos uelim. Est autem hic comica ui maior, ille uerborum proprietate clarior familiariorq;, nimiam hic uetustatem, ille uero mediam & tersam sapit latinitatem, eãq; ob rẽ pueris lectu opportunior cõœdiã i Germania primus et emũctim scripsit Ioãnes Capnion uir tot litteris, totq; florẽs liguis ut plures quã Ennius corda sermones habere indicatur magnũ Me hercle Germãiæ decus. Quo nimirũ duce latini authores a barbaris diu i ergastulis habiti, a Germanis et legi et tractari cœperũt; nẽpe quos ille, suo ppemodũ marte, ad nostrates ex captiuitate, postlimini redeuntes, reduxit, docereq; simul perdocuit. Accepimus subinde generosissimum baronem Christophorum a Suerzenbergio, inclytum Mecœnatem meum: annis superioribus adulescenturientem adhuc, nobilissimos Romanos ueteres C. Caluum, Asinium Pollionem M. Messalam, Q. Hortensium. M. Tullium. M. Brutum. L. Syllam. C. Plinium, aliosq; complures uera nobilitate romanos, inmo post hos non paucos imperatoria maiestate pollentes imitatum comœdias admodũ terse, expolite, urbane seu (qđ tanto

Apuleius
Comici
Mænander
Euripides
Actius
Pacuuius
Terẽtius
Ioãnes Capnion
Christophorus a Suarzenber. baro
Romani nobiles

de heroe potius usurpari) nobiliter scripsisse, seq; his impēdio (est enim hæc uera nobiliū exercitatio) recreasse, delectasse, exercuisse. id qđ q̄ ipsum laude extulerim uerbis mīme cōsequar. Hoc nāq; clarissimo heroe ductore, uidere mihi uideor germanicā illā, & q̄dem uerā uino nobilitatē ad ueterē, a qua, uel si aliqua est maior, hæc originē certo sumpsit, romanā nobilitatē plane breuiq; reuersurā. Hūc itaq; pinde atq; uestrū ppositū & exēplum, o nobilissimi germaniæ (hoc. n. nomine sæpius, libēterq; nominarim, qđ meā mihi patriā nunq̄ pœnitendā referat) proceres inuitamini, ipsumq; alterū uere Camillū, uictricia germanæ nobilitatis signa referentē, sequimini, quod tū uos facere dicam, ubi nobilitatē, quā a parentibus haud dubie generosissimā, hæreditariā accepistis, uestrā nō maiorum modo imaginibus, & aureis, quas pleriq; collo circunferunt, cathenis, sed et ueris propriisq; bonis, hoc est moribus, eruditione, eloquentia & optimis subinde quibusq; litteris, more clarissimorum romanorum nobilitatem illustraueritis, quod si feceritis (quēadmodum non dubito) futurum sane credo, uos non tantū rei totius orbis, sed etiam reip. litterariæ imperium strenue, suoq; iure habere prædicatū iri, deniq; effici, vt iste immodicus suæ gētis admirator alienæq; laudis iniquus corrosor sibi neq̄ter mētiri cogetur, q̄ odio magis q̄ ueritate motus in præcisis suis Cæsaribus in germanicam generositatem plus æquo semper exosus, se nescire ait, an romanū illud, hoc est totius mūdi iperiū (o immensam germanorum laudem) maiore gallorum, qui

Exercitatio nobilium.

Germanica nobilitas

nobilitas romana.

Camillus

Aureæ cathenæ

In osorē quēdam germānici nois.

Romani imperii trāslatio

ante uos tempore non multo rerum potiti sunt, dedecore & infamia, an Italiæ damno ad Germanos tralatam sit. Pergite inquam laudum uerarum amatores, mundi gubernacula consilio, prudentia, scientia dirigite, uosq; ita orbis imperatores exhibete, ut Gallicum nomen minime (ut suffenus iste garrit) desiderari possit, uti certe non desideratur. Quid multis? facite Germani germanica, uosq; esse Germanos (magnam profecto nobilitatem id per se nominis arguit) semper mementote. *Germanus*

DECIMA SECTIO DE POEMATE TRAGICO.

POST COMOEDIAM SIbi locum uendicat Tragœdia, ab illa nō tam materia q̃ dictionis figura differens. In hac nanq; uerborum sublimitas & sententiarum grauitas, in illa uero omnia popularia, & e media hominum consuetudine deprompta spectari solent. Quod non obscure Flaccus in arte monuit, inquiens. Versibus exponi tragicis res comica non uult. Est autem Tragœdia heroicæ fortunæ in aduersis compræhensio. In hac igitur sublimes introducuntur personæ, tum exacta officia. in illa autem ciuiles & populi opinione ductæ proponuntur. Est & illud minime silendum, in Comœdia semper principia esse inquieta & perturbata, contrario autem modo fieri in Tragœdia. Hæc enim principium ha *Flaccus*

bet lætum & iucundum, finem uero horrendo aliquo exitu amarulentum & tristem. Quid enim aliud (si quis bene animaduerterit) in Tragœdia *tractatur quā* Tragœdiæ materia *dolores, lachrymæ, odium, cædes, uenena, incendia, ama ritudines, erumnæ, singultus, suspiria, dissecta filiorum membra, domorum ĩfortunia, furiarum concitationes, hocq́; genus humanæ miseriæ. Componitur hoc poema ut plurimum, carmine iambico. Vnde memoriæ traditum legimus,* Cum *Archelaus rex Euripidem (qui apud* Græcos *in tragœdia claruit) peteret, ut de se tra gœdiam scriberet, hunc respondisse, a se exorandum, ne quid accideret, quod dignū esset* Tragico *carmine.* Archelaus Rex Euripides *Eius carminis olim poeta* Hirco *donabatur, id qđ pariter ab* Horatio *notatū est, dicente,* Carmine *qui* Tragico *uilē certauit ob hircum.* Hircus Horatius *A pud* Latinos *poeta unicus est* Seneca Tragicus, *quem egregie (mea sententia) sequutus est nostro tempore* Quintianus *Stoa, & sancto quidē carmine, eoq́; mihi magis probandus.* Seneca Quintianus Stoa

VNDECIMA, DE BVCCOLICO POEMATE.

SEPTIMAE SPECIEI POE *ma est buccolicum humili charactere, & sententiarum simplicitate constās, in quo poetæ rustica utuntur lingua, nihilq́; exquisitum, aut paulo abstru sius retinens, aliter enim compositum a decore buccolici*

Theocritus. recederet, nec rusticæ simplicitatis officium seruaret. Nomen fertur a bobus in agris cõmunibus animalibus recepisse. Eius initiũ Daphni cuidã buccolico adscribũt. Efficitur aũt hexametro, laudẽ in eo genere apud græcos obtinuit Theocritus. Apud latinos Virgilius, cõmẽdãtur etiamnũ inter recẽtiores calphurnius uir sanctimonia & eruditione laudatus, Baptista ille Mantuanus, eximius theologus, & egregius intra nostra tempora uates. Item & Nemesianus, & alii nõnulli, q modo in mentẽ nõ ueniunt, q forte alias percensebuntur.

Virgil. calphurnius Baptista Mãtua. Nemesianus

DVODECIMA SECTIO DE EPIGRAMMATE POEMATE.

IN OCTAVA ET VLTIMA specie retulerunt epigrãma a quo epigrãmatographi et epigrãmatarii poetæ dicũtur. Poema cõmunionẽ hẽt maximã cũ cæteris, decorum tamen singulare. Si quidem in eo laudatur breuitas absq; obscuritate, uenustas festina & ꝓprietas, quæ accõmodatis & signatis uerbis paritur. Potest epigramma ornari iocis liberioribus, sale atq; urbanitate adspergi, & multa in eo per ironiã cælari possunt, conficitur autem nõ genere uersus uno sicut est uidere apud Catullum, Marcialem, Ausonium, Marullũ Pontanum, Becichemum, Augurellum, Stroziũ. Erasmum Roterodamum, Thomam morum, uiros litterarum & uirtutum maiestate absolu

Epigrammatũ materia

Thomas Morus

tißimos. Vitum meum Vuerlerum omni studiorum genere insignem, Henricum Lusitanum, Baptistam pium, Romulum Amasæum præceptorem nostrum in arte oratoria facundißimum & alios fere innumeros, q epigrammate omnes satis latine scripserunt apud latinos. Illud postremo nō obmiseri. Scripturū epigrāmata liberū habere argumētū; posse circa res leuiusculas summo cum decore, puta fontium, hortorum, ualliū, montium, arbuscularum, statuarum, colossorum, belluarum, hocq; genus aliarum rerum descriptionis, id qd Martialis libro decimo innuens inqt. Nō hic centauros, non gorgonas, arpyasq; inuenies, hominem pagina nostra sapit. Hoc deniq; poemate (Plinio nepote sapiētißimo uiro teste) licite describemus amores, odia, iras, misericordiam, urbanitatem, sales, dicacitates, scōmata, oīa deniq; quæ in uita, atq; etiā in foro causisq; uersantur. De qbus locupletißime in nostris cōmētariis i doctißimu; C. Taciti de genere eloquētiæ nō corruptæ, aut de claris oratoribus (i eo. n. ornatißimo libro ꝺ tituli iscriptōe diuersa ē authorū opīo) dialogo disseruimus, q dei auspicio, breui in publicum exituri, mō i deligēdo quopiā īmorātur patrono. Sed isthæc trāseuntes monemus in epigrāmate elegātiā cum facilitate, nitore seruādam. Quod q gloriosius & doctius uno nostro intra nostra tpa (dēt ueritati ueniā alii) tutatus sit Hutteno haud dū uideri, nec facile uisurus, adeo mire totum illū uirū ad omnia scribendi genera, & utrāq; quidem linguā (quod sane paucißimis datum uideo) promptißimum philosophia, optima artifex reddidit.

Erasmus Vuerlerus

romulus amasæus

Epigrammatū materia

Martialis

Pli. lib. Ad Cornfuscum

dialogus C. Taciti

udalricus huttenus

Soleo itaq; sæpenumero eundem uel tacitus apud me mirari, quod homo in media natus Germania usq; adeo nobilißimum romanum quendam se efformarit. Quandoqde illius aut orationes, aut poemata (tractat eni cū multa nimirū laude omnem fere studiorum materiam) aut epistolas, aut dialogos, aut quicquid deniq; eius generis aliud lecturus, non facile agnosces, Romani ne, an Græci scripta legis, immo an eius, qui huius posset sæculi existimari. Eo ductus, nescierim ego, an illum disciplinis, quæ in eo sunt optimæ, an progenie, qua natus est nobilißima (Nam de nobilißimo Equestri ordine) nobiliorem prædicem, adeo utriusq; ex æquo inibi certamen est. Qua re ne aliud nunc agens tuarum laudum, nobilißime Huttene, imprudens campum sim ingressurus, illud solum modo adiiciam, te unicum esse a doctißimis quibusq; unice amandum, suspiciendum, uenerandum, quem ipse ita extra omnem posuerim aleam, ut et inclyto meo Mecœnati tuoq; Aeneæ, Christophoro a Suuarzenbergio ex omnibus unicū esse foreq; semper in instauranda, amplificanda, defensanda. Francica & nobilitate & libertate (qua alia in Germania, uel tota, non est maior) fidum exortem, fortemq; Achatem, & subinde utrunq; uestrum, & nunc quidem, ætatis nostræ gloriam, uirūq; sæculorum memoria longe dignißimum dixerim, concinerim, & concelebrarim. Pergat proinde uterq; Fabius aut Camillus, (aut si quid illis me moratur fortius) ceu cœpit. ac efficiat inter uniuersos Germaniæ nobilißimos uiros, quod plerisq; uisum est incredibile. Hoc est, ut Tybris (quod romæ est flumen)

Christophorus a Suarzē. Francica nobilitas

Fabius Camill9 Tybris Mœnus.

in Mœnum (qui Franciæ nostræ amœnissimus est am
nis) totus manasse, uersusq; perhibeatur.

DECIMATERTIA SECTIO AN OCTO TANTVM SINT POEMATVM SPECIES.

HAVD DVBITAVERIM, *qn*
sint, qui plures q̃ octo esse species poe
matum dicent. Quibus respondeo, præ
cipuas tantum esse octo, aliquas autem
residuas reduci ad illas. Nam si recte cõ
siderauerimus sunt superioribus aut uicinæ, aut cum il
lis commertium habent. Sunt autem hæ. Epithalamia, Epithalamium.
quo nuptiarum pompa & festiuitas inditiis, notisq; bo
ni auspicii iunctis, describitur. Quo de orationis genere
Marinus in Centu. Item Monodia, quæ laudem unius
concelebrat, qua & aliqui in funere lamentantes utũ
tur. Cuius pariter compositionem uide in Marini Cen Marinus
tu. Georgica item, qua poetæ culturam terræ tradunt. Monodia
Item Sylua, quod carmen est repentino effusum calore, Georgica
quod & relegi & castigari per interualla solet, quo Sylua
scribendi genere multum laudis meruit Statius, quip Statius.
pe qui eius carmina generis adeo diligenter scripsisse &
perpendisse uidetur, ut non repentino studio, & stili ue
locitate, nec caloris impetu sed meditata usus opera iu
dicari queat. Illud quoq; mandandum memoriæ cen
suerim, Syluam a uetustioribus carmen esse appellatũ

argumẽtis uariis, stiliq; ubertati deductum, quo miscellanea perinde materia tractaretur. Posset hoc poematis ipsum inter epigrammata recenseri, nisi longitudo ibi obstaculo foret. Quod itidem de epithalamio dixerim. Georgicum uero & monodium pene ac heroicum uideri posse censerem, quoniã ad genus exigiticum pertineant, materia tamen heroico imparia uideri illiusmodi nolunt. attamen carminis, nam hexametri & uerborum dispositione, quæ & grauis et matura est inter heroica collocanda minus dubitarim.

QVARTA DECIMA SECTIO DE METRI DEFINITIONE, ET DIVISIONE.

EXIBITIS, QVAE ADPOETICEN attinent, restat de arte metrica, quæ (ut diximus) est, in qua metrorum genera, & syllabarum quãtitas, & tẽporum & numerorum ratio de-
Metrum monstratur, dicamus. Est igitur metrum (quod latine
Diomedes mensionem dicimus) Diomede authore, pedũ iunctu-
Donatus ra numero & modo finita. Donato autem definitore, est conceptio certis, & legitimis pedibus expedita. hoc quandoq; uersus adpellationẽ capit, q͂a concinnis flexibus molliter uertatur, idest euoluatur. Versum esse cõpositionẽ describunt, pedum ordine statuto, modos, cõ-
Versus positiões, sublatiõesq; cõseruãtem. Carmẽ uero dictũ quod sit cantui aptum. Hinc Censorinus carmen dixit

esse modum uocibus iunctum, quod sua fere cantus discrimina contineret. Quo fit, ut carmen pedibus suis rite concinnatum, & apto uerborum melo, perinde atq; suaui quadam symphonia homines ipsos adeo aliquoties mouere consueuit, ut illos nunc in lætitiā, nunc mœrorem, nunc risum, nunc lachrymas, interdum indignationem, aliquando in commiserationem mirabiliter trahat. Soletq; idipsum auribus nostris q̄ prosa magis utiq; blandiri adridereq́;, hoc uel eo, qđ Tullio tertio de ora. lib. & Lactātio christiano Cicerone testibus, nihil mētibus sit nostris tā cognatum, q̄ numeri atq; uoces, qbus (ut ille uerißime scribit) excitamur, & incendimur, & lenimur & languescimus, & ad hylaritatem & tristitiam sæpiuscule deducimur, sensusq; nostri ita deliniuntur, ut a statu suo quodā mō amoueri cernuntur. Cuius sane argumēto Numā regē illu; romanorum longe doctißimum, epularum solēnia fidibus tibiis, saliorumq; uersibus concelebranda uoluisse, tradunt. His etiānum rebus, quia maior sit q̄ solute oratio ni carminibus, & uis et uirtus, uiros illos antiquos christiana religiōne, fideiq; sinceritate sanctißimos, puta Lactātium, iuuencum, Sedulium, prudentium, aratorem, Hieronymum, Ambrosium, & alios eius notæ uiros, uitæ sanctimonia, & mira eruditione preclarissimos fuisse arbitror permotos, ut dei opt. max. hymnos eiusq; hoc i mundo gesta mīratu dignißima carminibus quam prosæ mandare maluerint. Sciebant nimirum, & uidebant esse non paucos, qnos secularium studiorum disciplina per poeticā magis delitias, &

Carmen Censorinus

Cicero Lactantius

Numa Roman.

Ecclesiastici poetæ

carminũ uoces ac ſonos ſuauiores oble&aret,eſſeq; mul tos intelligebant tam uerſuum blandimentis teneri,tan taq; cordis auiditate ſuſcipere,quod carmine traditum eſſet,ut quicquid rethoricæ facundiæ perlegerent,fri gidius audirent,immo pene negligerent, quod uero mo dulamine quodam conſonaret, alta in memoria ſæpius hæc iterando conſtituerent & reponerent. Non poſſum hic (ut obiter dicam,quod obiter,ſed non extra rem,oc currit) nõ ſatis admirari quoſdam in Germania noſtra Theologos certe nunq̃ ſatis laudatos, quibus etiam du cibus ſanctæ litteræ reſpirare cœperunt,quod Lactan tium illum,authorem profecto de repu. chriſtiana non male meritum, nec (quantum gratiæ illi dabatur) de chriſtiana fide perperam ſentientem adeo immodeſte re prehendendum duxerint,quod ille chriſtianæ religioni aduerſus Aethnicos patrocinaturus eloquentiam ſibi, quæ Tullianæ proxima foret,dari peroptauerit, perin de ac is ſermonis cultu, quam uera doctrina præſtare mallet. Quod tantum abeſt,ut hoc ipſum prætenderit, quod etiam ſuæ ipſius ratio optionis cauſam ſubide uti euidentiſſimam.ita digniſſimam paulopoſt ſubiungeret ſequutus utiq; quos ſupra retulimus,& hoc in pede ſtri quidem oratione. Sperabat etenim (quod credi par eſt) ma gis homines ornatæ ueritati, quàm ſimplici & nudæ,quæ errore,imperitia uulgi,ſuperſtitionibus,pra uitate philoſophorum,in obſcuro latebat,orationis orna tu,uerborumq; lenocinio captos magis credituros. Nũ male ita ſenſerit. Male quoq; ſenſiſſent' Pluſculi ſan ctiſſimi & ante & poſt illum uiri, qui diuinæ poteſta

In theologos quoſdam.

Excuſatur Lactãtius.

Tulliana eloquentia.

Carmine magis q̃ pſa allicimur.

tis munera, res'q; Christi maximi omnium regis & imperatoris in hac lachrymarũ ualle gestas carmine nũc Heroico, nunc iambico, nunc Alcaico, nunc Sapphico, & alio etiam genere magis q̃ prosa uel hac scribendas ratione putarunt, quod uersuum dulcedine atq; iucunditate hominum mentes ad dei opt. max. laudes, ipsiusq; uestigia imitanda facilius, citiusq; prouocatum iri cẽserent, rati siquidem nõ differre, qua quis occasione, quoue modo fide sancta, sanctisq; moribus imbueretur, atq; optimum factu arbitrati, quosq; pro insita sua consuetudine naturaq; ita tractatum iri, ut quisq; suo magis q̃ alieno ingenio acquiritur deo. Quem utinam canendi carmine modum seruarent nostri sæculi poetæ, Christumq; tam adeo opere q̃ nomine redderent, illudq; antiquum genus Camœnarum non ita procul exulare paterẽtur. Sed proh dolor. In desuetudinem hæc carminis ratio adeo uenit, in tenebris iacet, nauciq; habetur, ut uix unum aut alterum nunc reperias, qui suum in poeticastudium non magis in futilibus Aeglogis, nugamẽtis subrusticis, lasciuiusculis Epigrãmatis, Scommatis subsannatoriis, eiusq; generis Tricis (aut si iis quid est uilius) Apinis, q̃ in sacris aliquibus historiis, quibus tam ueteris q̃ noui instrumenti biblia undequaq;, & illis quidem cum iucundißimis tum grauißimis, refertißima sunt, aut in aliqua uera diuinarum rerum disciplina insumere, collocareq; uelit. Quare scire cupierim hoc ipsum usu eueniat. Certe Cacodæmonum præstigiis crediderim. Nõ utiq;, quod christiana religio scribendi occasionem minus præbeat, immo illa uberrimam

Christiani poetæ

In poetas Neotericos

Adagiũ.

carmini materiam præstat. Nec est, quia uersu christus, eiusq; gesta reddi nequeant. Cur quæso prisci illi integerrimi sanctæ fidei authores cum tam magna laude, & religionis commendatione deum optimū max. eiusq; gestorum maiestatem, Diuorumq; apostolorū, martyrumq; triumphos, celebrarunt carminibusq; decantarunt? Quid quæso Christum poemate referendum personandumq; prohibet? quid auertit? quæ inibi difficultas? Qua oro, ratione uersus haud æque nomen xp̄s, ut gentiliū pluscula sonat? Eqdē uidere nō possū, quā illud alia cā possit usu uenire, quā qđ huius mūdi illecebris deliniti diaboloq; malo īseruiētes, oē, quod dei opt. et max. ē exhorrescimus, et ueluti pestē spernimus, reiicimus, fugimus. Vtinā hoc possem loco illud mō adsequi, quod me hortatore; si non ii, quos ingrauescens ætas urget, saltem ingeniosi, & industrii saltem iuuenes, adolescentesq; Christi, cælicolumq; beatorū acta suo carmine conscribere ac canere pergerent, suaq;, quibus efflorescunt, ingenia, studiaq; camœnalia, ad illustrandas sacras litteras accommodarēt, eaq; in re Apollineam uenam exercerent, quæ ad ueram frugem, & immortalitatis gloriam perducere possent, sicq; hoc ipsum meo facere exemplo recusarent, antiquorum uestigia, quæ si recta pergunt, æmulanda semper fore honestum puto, imitaturi illud studii genus agerent. Meo nimirum consilio audituri, & sua ingenia, bonarum artium studia, eruditionem, dicendi facultatem, carminis maiestatē i illis potius rebus, quæ ad bonos mores excitare solitæ sunt, et ad uirtutes capessēdas, adq; bene bea

Ad iuuenes poetas.

Antiquorum uestigia sūt sequēda.

teq; uiuendum iter commonstrant, quam in ludicris Aethnicorum nugamentis & turpibus commentis exercere uoluerint, uidebunt se non modo æternam apud homines gloriam, apudq; posteros immortalitatem nominis sed et mercedem a deo optimo longe pre ciosissimam habituros. Ea propter uos subinde florentissimi nostra tempestate iuuenes, quiq; deinde futuri, rogatos maxime uelim, non turpe ducatis uestris, quæ, optimis uigere studiis uideo, ingeniis Christum lucrari, illumq; uobis optimis litteris demereri, a quo artes sunt omnes, a quo nos, nostraq; omnia. Grande nimirum facinus est, nec uel Rheno uel Danubio uel Pado, uel Nilo, aut si quæ sunt his maiora, aliis fluminibus perquam maximis, eluendum. nihil pensi habere, q̃ sit rerũ, quæ in, subq; cœlo sunt, creator, seruatorq; omnium. Cur nostris haud scriptis Christum deum opt, max. pricipem nostrum, ueluti Aethnici suos quos iudicabant, profitemur, reddamusq;. Illi ꝑfecto (quod neminẽ latet) adeo suorũ fuere ducum studiosi admiratores, ut ipsorum nõibus oĩno se nuncupari cõtenderẽt. Nã unde cognomina isthæc? Platonici? Pythagorici, Academici, Stoici, Cynici, Peripatetici, Epicurei Philosophi? Qui fit ergo, obsecro, ut ipsi xpiani poetæ & dici & haberi uestris in poematis nolueritis. Forte errãtium multitudinem, quæ tamẽ errori patrocinium nõ parit, seducti hoc nõis, et nomẽ claturæ ip̃; ad ſpnati estis, resipiscite, at expgiscimini. studiosissimi tyrones, et iuuẽtutẽ uestrã ĩgeniosissimã hmõi lasciuiarũ Næniis frustra, et cum aĩæ salutis amißiõe pdere nolite

Rhenus
Dãubius
Padus
Nilus

Noĩa sectarum phõrum

Memineritis sat hactenus Cacodæmoni seruitũ, uos Ioui quoq; stygio uestris carminibus plus æquo litasse, Superest itaq; penitentia tandem pũcti, ad meliora redeatis, uestraq; Apollinea holocausta uero Apollini, q̃ sua diuinitate, & potentia illuminat cuncta pie offeratis, hocq; Christi pietate, christiana religione, decore, quod uobis futurum est, uestro ducti sficiatis, meq; exemplũ post alios longe me omnibus in rebus meliores recipiatis, qui fecerim ne, quod monui, argumento erit liber noster amicorum primus, qui adhuc apud me, cui datur eli mãdi commoditas & excolendi nulla, delitescens, cum aliis propediem exibit. Inibi autem clarius, quid carmine tractandum sit, inuenietis, nec est quod longioribus, (ut ille ait) utamur logis. Redeamus igitur ad uniuersam carminis materiam, a qua ex officio, quo hac in parte fungimur, paululum digressi sumus. Metrum generali appellatione in quattuor scinditur partes. Aut enim est cathalecticum cui una deest syllaba, ut Persius nec fonte labra prolui Caballino. Aut Brachicathalecticum, cui duæ syllabæ, uel pes deest unus, uti apud Plautum sunt. Hipercathalecticum, quod una abũdat syllaba, aut duabus, ut Seuerinus, omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;. Acathalecticum, cui superest, aut deest nihil, ut mea renidet in domo lacunar. Diuiditur secũdo metrum a numero pedum in partes sex. Quia illud est, uel Monometron, quod duobus constat pedibus, ut inclyta uirtus. Dimetrum, quod pedibus conficitur quattuor, ut Hora. amice propugnacula. Trimetrum, quod sex habet pedes, ut Persius. Nec fonte,

[Margin notes: Apollinea holocausta — Apollo uerus — Libri amicorũ. F. Nauseæ. — Metri diuisio. — Cathalecticum — Brachicathalecticum. — Hipercathalecticum. — Achatalecticũ. — Monometrum. — Dimetrũ — Trietrũ.]

fonte, ut supra. Tetrametrum, quod octo pedibus constituitur. Vt apud Hora. li. car. i. Soluitur acris hyems grata uice ueris, & fauoni, Notandum & inibi erit, in carminibus iambicis, trochaicis, anapesticis, pedes pro uno numerari duos, in cæteris uero singulos, quanquã illud inter grammaticos minime conuenire cognorim, at suam quenq; sequi uoluntatem, quidam enim Monometron appellant Trimetron, Tetrametrum, item heptametrum. Cuiusmodi apud comicos, præsertim Terentium, facile est inuenire. Est & metrum hexametrum, quod sex pedibus conflatur, ut sunt omnia in Vergilii Bucolicis, Georgicis, Aeneide. Pentametrum. qđ quinq; constat pedibus, quale est qđ cõiter hexãmetro cõnectitur, & qualia sunt carmina Sapphica. Phaleutica. Tertio dicitur metrum ab inuentore, ut pindaricum quia a pindaro, gliconicum a glicone, sapphicum a sappho doctißima puella inuentum sit. Quarto a pedum prædominante, ut iambicum a iambo, trochaicum a trocheo, dactylicum a dactylo, coriambicum a coriambo. Quinto a diis uel aliis, qui hoc metro sunt decantati, ut heroicum, adonicum, pithium. Sexto a lyra, quoniam ad lyram cantari fuerit solitum, aut subinde, quocunq; modo antiquitas nomina imposuit.

Hexametrum

Pentametrum

Metrorũ inuentores

Metrorũ uaria nomina.

QVINTADECIMA SECTIO DE METRI ACCIDENTIBVS.

QVANVIS multi multa carminibus accidentia seu attributa posuerint, attamen ipsi breuita-

ti inseruiẽtes quatuor tantum referenda duximus, quæ & sufficere putamus, Et sunt, cæsura, figura, permixtio, scansio plura iis desyderans alios, q eidem prouinciæ studuerũt, aggrediatur, et reperiet, saturq; abibit.

SEXTADECIMA SECTIO DE CAESVRA IN CARMINE.

CAESVRA est decora quædam syllabarum finitio in medio carminis notata. Et est triplex. Pentimemeris idest semiquinaria quando duos post pedes syllaba relinquitur superflua, dictionem terminans. Maro. vi. Aene. Parcere subiectis, et debellare superbos, Heptimemeris. i. semiseptenaria, quando post tres pedes syllaba relinquitur, terminans orationis partem. Verg. i. Aenei. Arma uirumq; cano Troiæ q primus ab oris. Iuuena. Dat ueniam coruis, uexat cẽsura columbas. Trochaica, quãdo post duos priores pedes trocheus manet dictionem finiẽs. Ouid, fasto. ii. Conde tuas hymenee faces ab ignibus atris. Sunt qui ponunt & quartã noie bucolicam, et est ubi post quatuor pedes syllaba in partes orationis terminans inuenitur, ut coge re donec oues stabulis numerum. Sed est in arbitrio uniuscuiusq;. Illud tamen notandum uelim, posse ex iis cæsuris aliquas esse simul, aut unam absq; altera, carmen uero, qđ harũ nullã habet, prsus insonorũ, et ieptũ iudicatur. De hoc uide Manutiũ li. iiii. multa ex Terẽtia

Pentimemeris

Heptimemeris

Maro

Iuuena.

Trochaica

Ouidius

Bucolica

no Diomede, Seruio, Prisciāo, Dōato, fideliter cumulātē

SEPTIMADECIMA SECTIO DE FIGVRA IN METRO.

DE FIGVRA, quam metro attribuunt, perinde atq; ipsius accidēs scriptores sententiam uariant, ponētes dissimiles eius definitiones. Sunt sane, qui dicunt eam esse authoritate Quintiliani li. x. nouatam quandam dicendi rationē, minime uel festiuitate uel ornatu carentem. Quarū ab authoribus centum uel circiter recensentur. De quibus deo uolente ad finem opusculi disseremus. Sunt qui figuram definiunt esse pedum dispositionem, & uim eos uariandi in metro, & aiunt heroici carminis figuras ueniri duas & triginta, harumq; tres modos. Primum dici monoschematicum, idest unius figuræ, cum in carmine sunt, aut quinq; dactyli, aut totidem spondei, & habes figuras duas. Secundum pentaschematicum idest quinq; figurarum, cum sunt quatuor dactyli, & unus spondeus, uel contra, & habes decem figuras. Vnus enim inter quatuor mutans locum, quinque facit figuras. Tertium Decaschematicum, idest decem figurarum, cum duo spondei sunt inter tres dactylos, uel cōtra. duo enim & tres commutati denas faciunt figuras et hēt figuras uigiti. Collige singularē numerū et erūt omnes duæ & trigita. Quas & tali potes rōne cognoscere. Si supputaueris, quot pedes singula loca accipiūt

Quintili.

Figura

Monoschematicum

Pētaschematicum

Decaschematicum

Figurarū cognitio

& numerum multiplicaueris, quem accipiunt singula loca priora ad numerum pedum, quos accipiunt sequentia, ut in heroico primus locus recipit duos pedes dactylum & spondeum; similiter secundus duos, bis duo, quatuor faciunt. Tertius similiter duos, bis quatuor faciunt octo. Quartus pariter duos, & bis octo faciunt sedecim. Quintus etiam duos, & bis sedecim faciunt duos & triginta. Inibi scitu non indignum erit, in loco carminis sexto hexametri nunquam pedis diuersitatem reperiri, quoniam in eo semper ponitur spondeus. Reliqua uide apud Diomedem, *&* Priscianum *in duodecim carminibus mox fere a pricipio primi carminis, qui hæc scire necessarium esse adfirmat. Erit præterea summe notandum, figuras posse (*Prisciano *authore) omni in metro reperiri in quo diuersorum pedum sunt eadem loca capacia, ut in* Anapestico, *&* trochaico. *In illis uero metris, in quibus singula loca fixos habent pedes & singulos, sunt unius figuræ, ut in* Asclepiadeo, *ac* sapphico, *endecasyllabo, & similibus.*

DUODEVIGESIMA SECTIO DE PERMIXTIONE.

PERMIXTIO TERTIUM *in ordine metri accidens, est quoties carmina non ex uno constituta, sed pluribus sunt generibus mixta. Miscentur enim carmina nonnunquam. Unde & nomina sunt sortita quatuor. Quod uniforme est, & pu*

Monocolon

rum, unoq; genere tantum compositum dici cœpit monocolon. Cuiusmodi sunt Vergilii Bucolica, Georgica & Aeneis. Quod ex duobus conflatur generibus nomen habet Distrophon, quale est elegiacum ex hexametro & pentametro. Vnde Dicolon Tetrastrophon est, ubi post tres eiusdem generis uersus, & quartum alterius modi, ad primum fit reuersio. quale est Sapphicũ cum adonico dimetro. Tricolon tetrastrophon est, quando tres post uersus diuersi generis ad primum reuertimur, quoniam quartus primo semper similis fit cuiusmodi est illud Flacci li. i. ode. xxi. Distrophon Dicolon Tetrastrophon, Horatius

Dianam tenere dicite uirgines.
Intonsum pueri dicite Cynthium.
Latonamq; supremo,
Dilectam penitus Ioui.

Huius quoq; formæ est Ode Horatii li. i. ode. v. inibi sane prima duo carmina sunt Asclepiadea. Tertium pherecratium. Quartum gliconicum. Quo carminis genere usi sumus in secundo amicorum libro ad præclarissimum, & uere sapientem uirum, Bilibaldum Pyrckamerum patritium, senatoremq; Noricium, uirum inquã utriusq; linguæ doctissimum, & polihystora eximiũ & tot tantisq; uirtutibus inclarescentem, ut plane nesciam, quam uel in eo mirer, uel magnopere laudibus efferã. Quo de sane uiro ubi diligentius animo cogito, talem ipsum, tantumq; cognosco, quo crediderim nostrã potuisse ætatem nec grauiorem, nec sapientiorem, subtilioremq; gignere quempiam, nihil profecto illi deesse cõperio, quod ad integerrimi consummatissimiq; uiri lau Bilibaldus Bicckhei mer Noricus Tricolon

dem attinere poßit, adeo illum deus opt. omnibus corporis animiq; dotibus, cunctisq; Rhanusiæ ornamentis ad unguem decorauit, & nullo non genere uirtutis & laudis illustrauit, nobisq; præ cæteris eã ob rẽ unice suspiciendum, decantandumq; censuit. Non .n. est, q non summa quadam animi admiratione illum sit inspecturus, attentius eius ponderans modo ciuilitatem, modestiam, magnitudinem, benignitatem, facilitatem, munificẽtiam, liberalitatem, iuris præterea singularem tã publici quam priuati scientiam, omniq; de re in utraq; ligua admirandam eloquentiam. Sileo illius promptißimam in quosq; bonarum literarum cultores gratiam & liberalitatem Neminem sane quem uidet uel uirtute uel bonis disciplinis exornatum abire sinit, quem nõ modo quopiam aut colat, aut prouehat, foueatq;, et demũ patrocinio subleuet, poßem hic nimirum ornatißime Bilibalde, referre plerosq; literarum studio initiatos egregieq; doctos tua solum humanitate, intercesione, patrocinio adiutos, ad non infima dignitatum, honorisq; culmina euectos, qui nisi te patronum habuissent, humi, uti ego, adhuc serperent, possem inquam, qui tua solum authoritate fræti in aliquo sunt numero, perinde atq; milites ex Troiano equo recensere, nisi in tuam me modestiam & uerecundiam commissurum in cõfesso haberem. Mauis enim beneficia in optimos quosq; omni studio conferre, quam eorum blande commendari, quanquam alioqui ipse omni equidem iure & omnem citra adulationem meos dicendi neruos, uiresq; scri

bendi uniuersas in laudum tuarum præconia extendere possem. Quandoquidem hoc quempiam ipsum non meo erga te amori, quem iudicio esse uacuum aliquoties aiunt (primus enim meus in te amor ex syncero tuæ de grauitate iudicio manauit, deq; te prius integre iudicare quam amare cœpi) sed tuis plane, quæ admirabiles sunt, uirtutibus adscripturum crediderim. Quis enim ab omni pietate tam alienus, humanitatisq; totius adeo expers qui tuis, quæ meritus es mererisq; omni temporis puncto, te præmiis, laudibus scilicet (quæ uiri sapientißimi dixerunt) priuandum uelit? Addiderim hæc ipsa, si qua canerem, enconia, maxime Bilibalde, singulari tuo in me studio, & fidei minime uulgari sine controuersia deberi. Nonne optimo te iure & laudem & extollam, cuius sum, quando in Germania adhuc agerem, suffragio, testimonio, consilio, regimine, officio in non leuiculis rebus iterum atque iterum usus? Quantum putem tibi modo uel hoc solo debeam, quod me iuuenem, illaudatum alioqui & inglorium, apud plerosque, uel principes uiros, habita de me loquendi occasione magna tua apud gentes quasque authoritate laudandum feceris, famæ etiamnum q; meæ cum domi tum in publico maxima fide adstruxeris? Id quod ego uidens, audiens, & opere ipso sum expertus, tum & si ab aliis quoq; seria fide hominibus. uerißime tamen & euidentißime nuper accepi a Georgio Geudero norico iuuene supra quã dicere

Laus pmi um uirtutes

Georgius geuderus Noricus

possum, omnibus uirtutum numeris laudando & eo quidem illo, cui ex paucissimis illud puto Maronianum cõtigisse, gratior est pulchro ueniẽs ecorpore uirtus, Ille in
Maro quam nuper tuo mihi nomine (pro quo gratias tibi & habeo & ago maximas) salutem agens q̃ bene de me sentires quamq; me diligeres & amares sic facunde retulit, exposuitq; ut gaudio & lætitia plane modo gestierim, uerum etiam tripudio nouo exilierim, exultauerim, meq; beatum sane adfirmarim, nempe qui eo te adhuc in me aio, quo supioribus annis, puta bene uolentissimo esse apertissime dignorim. Siquidem, nonne mihi gaudeam? & plausibiliter lætarer, quod te uirum inter omnes, uel exigui mei ingenioli studiorumq; meorũ paruulorum iudicem adeptus longe omnium principẽ, meæq; uitæ testem incorruptissimum sortitus fuerim. Quis igitur, qui uitio mihi putet uertendum, si te oratione uel omnibus demonstratiui generis partibus cõcinnata ad cœlum usq; extollerẽ? Non mediussidius nec zoilum uel ineptissimum, nec momum uel curiosissimũ
Zoilus nec codrum miserrimum extimescerem illud facturus
Momus ipse, modo laudandi uires mihi tantæ suppeterẽt, quan
Codrus tam in te uiro emunctissimo collaudãdo materiam hic & inde orationi oblatam uideo. Vtinam meo par desiderio ingenium foret mihi, quandoquidem otii & studii horarum deniq; mearum partem haud minimã in tuas laudes, una cum cæteris musarum alumnis, q suis te uoluminibus, lucubrationibus, operibus (quoniã te optime meritum de se non obscure sentiunt) decantare, extollere, illustrare nituntur, collocarem. Id seipsum

subinde indipiscerer, uidelicet, ut mei ingenii monumẽtis tui clarißimi nominis titulus digniuscule prælucèret in cœlo me esse, tum planè dicerem, quippe qui plurimum diffiteor te talem, tantumq́; uirum chartaceis meis, & iis quidem oppido exiguis aut clariorem aut celebriorem redditum iri, aut æternitati magis te posseiri commendatum, quoniam hoc mihi iam dum tam fuerit notum q̃ quod notißimum, facilius æternam meas per te opellas apud posteritatem memoriam quam te p has adepturas, Ego nimirum tã eximiis, quæ in te sunt uirtutibus ullo opus esse præconio minime censuerim. Præterea si ad clarißimi nominis tui immortalitatem litterarum adminiculo inclytis tuis uirtutibus opus foret, nihil sane necessum esset Athenas aliunde noctuas. Hoc est ex aliis petere, quo domi maxime abundas, qui sic doctis faues, ut inter doctos, omnium iudicio, habearis doctißimus, & sis. O fœlicem itaq́; noricam, o omnium Germaniæ ciuitatu; ut multis aliis ex rebus, hac tamen uel solo beatißimam, & merito reginam & dominam, quod eum habeas uirum alumnum, quo duce, nunc in toto terrarum orbe ob disciplinam ueteri Romæ, ob sapientiam magnis Athenis, ob continentiam Lacedæmoni maior, aut utiq; par iudicaris. Ille enim incomparabilis tuus Bil baldus nestorem, ille Catonem, ille Aristidem, ille Fabium, ille deniq; ueteres illos optimos quosq́; & sapientißimos uiros sua eloquentia, uenerabili senectute, prudentia, integritate, sanctitate, facilitate, magnanimitate, pietate, synceraq; & catholica religione agit, reddit, refert, ac undequaq; exprimit.

Adagiu;

Noriberga

Roma

Athenæ

Lacedæmon

Nestor

Cato

Aristides

Fabius

Monar-chia Hinc nō est, q̄ tuæ monarchiæ cōcordiā, Aristocratiæ unanimitatem, Democratiæ felicitatē mirer, quū hoc
Democra-tia prudētissimo uiro haud secus ac splēdidissima uirtutū; oīumq; exēplorum bonorū idea pfruaris. Gaudeo subinde atq; impendio lætor hunc illū tibi uirū pbari q ob suas maximas oīs generis uirtutes ille sit et habeatur, quo possis ipsa nō minus celebrior reddi, q̄s ille te patria sua illustrior futurus. Tāto plane uiro digna, teq; ille magnifica urbe sane dignissimus. Hūc ergo doctissimū & oium lōge grauissimū tuū, imo meū, tibi commendo Catonē, hunc honora, reuerere, obserua, collauda, unaq; mecū p cuncta secula celebrato. Et ipse ego magne Bilibalde patrone optime, te p deos imortales rogo atq; obtestor hoc meo in te beneuolētissimo aīo cōtentus me tuo semper cōmendatum patrocinio esse uelis, meq; in tuorum clientulorum albo habendum. Interim quod incepi, perficere fideliter pergam.

VNDEVIGESIMA SECTIO DE SCANSIONE ET DE PEDIBVS POETICIS.

SCANSIO, utilissimū scitu carminis accidens est, arsis, & thesis. i. eleuatio, et depssio pedū in carmine. Vel est ppria in pedes singulos dimensio, disiunctioq;, qua ueluti p gradū scalas ascendimus, ita p pedes oē metimur carmen. Pedē autē definiunt esse duarum pluriusue syllabarum cum certa

temporum obſeruatione ſubleuationem ac poſitionem. Ex una nanq; ſyllaba, etiamſi longa fuerit, pedem fieri negant, quoniam is duobus fiat ictibus, haud gemino tempore, quoniam (ut Terentianus ille doctiſsime docuit) bis ferire oportet etiam duas breues. Pedẽ autẽ dici poeticũ uolũt a pedũ corporaliũ ſimilitudine, hocq; uel eo ꝓbari, q꜄ ſicut corpora pedibus mouentur, ita carmina cum ſcanduntur, quibuſdam quaſi pedibus incedere uideantur, tempus in pedibus pronunciationis mora, quæ nunc tarda nunc uelox eſt, dicitur. Solet enim ſyllaba una modo longius, modo breuius altera pronunciari. Hinc omnes in tempora reſolui pedes tradidere, dactylum in quatuor, iambum in tria, pyrrhichiũ in duo tẽpora reſoluendum. Quandoquidem omnis ſyllaba breuis pronunciando unum efficit tempus, longa uero duo. Pedum aliqui ſunt ſimplices ut iambus, ſpondeus, compoſiti aliqui ut diſiambus, diſpondeus, hi ſubinde in carmine ſuum expetunt locum. Nimirum, non omne carmen quoslibet accipit pedes, aut ſaltem locis non quibuslibet. Pedes in uniuerſum a pleriſq; fere omnibus duodetriginta recenſentur. Plures poſuiſſe. Quintianum noſtrum nos fugit minime, quem uideas in prima Epographia cap. xy. Nobis uero hic perplacet Scodrenſem noſtrum eruditiſsimum, & communem doctiſsimi cuiuſque uiam ſequi, & quæ magis neceſſaria iudicantur docere, quum ſuo quiſq; Marte illa diſcere poſsit. Hoc igitur loco typum ſubiicere ꝓfuerit, quo breuiter pedum, & numerum ſyllabarum in illis per notas certas quantitatem cõmonſtrabimus.

Pes

Tempus

Reſolutio pedum

Diuiſio pedum

Quintianus

Scodrẽſis

	Pyrrichius	Deus.	bb
Quatuor	Spondeus ut	Audax	ll
Dissyllabi	Iambus	Quies	bl
	Trocheus	Mater	lb
	Dactylus	Discere	lbb
Pedes	Anapæstus	Requies	bbl
sunt	Tribrachus	Dominus	bbb
Octo tri	Molossus ut	Virtutes	lll
syllabi	Amphibrachus	Misellus	blb
	Amphimacrus	Ciuitas	lbl
	Bacchius	Egestas	bll
	Antibacchius	Prætura	llb
	Proceleusmaticus	Repetere	bbbb
	Dispondeus	Oratores	llll
	Diiambus	Amœnitas	blbl
	Ditrocheus	Cantilena	lblb
	Antispastus	Alexander	bllb
	Coriambus	Simplicitas	lbbl
Sedecim	Ionicus minor	Diomedes	bbll
sunt tetra	Ionicus maior ut	Demetrius	llbb
syllabi	primus	Mestitia	lbbb
Pæon	Secundus	Potentia	blbb
	Tertius	Conditores	bblb
	Quartus	Arietes	bbbl
	Primus	Amatores	blll
Epitritus	Secundus	Vinitores	lbll
	Tertius	Concordiæ	llbl
	Quartus	Constātinus	lllb

Hi igitur sunt pedes qui in usu apud receptissimos poetas sunt frequentiores, cæteris uero q uel sunt pentasyllabi uel hexasyllabi rarenter omnino utuntur. Qui autem sint pentasyllabi, quorum numero duo & triginta & hexasyllabi, quorum quatuor & sexaginta esse reperio, Apud Georgium Vallam, Aldum manutium, Quintianum Stoam, Terentianum legere est, qui ut est omnium hac in re longe acutissimus & doctissimus, quiq; simul & iuuat & delectat, inter omnes eruditissime & copiosissime de pedibus scripsit, quem ego hoc in negotio omnium imprimis legendum, ac totum(q rem ipsam carmini, quod prosa multa facilius ediscitur, exequutus est)memoriæ mandandum uelim, a quo illi omnia, quæ de pedibus, carminibusq; struendis scripserunt sua documenta mutuo receperunt, & hæc non secus ac uestimentis quibusdam elegantioribus uestierunt, decorarūtq; alioqui maxima ex parte nuda. Sin ille (puto Terentianum)cuipiam, quia rarus inuenitur, usui esse nequiuerit negotio atq; uoto istius unicus Manutius satisfacere poterit qui(uti & Quintianus)fidelissimi doctorum officio hoc loco functus est, nec profiteri erubuit per quem profecit. Sufficerit uobis(ut ad me ueniam, qui non pandectas nec poetices syluam sed Isagogas profiteor, & elementa)scire, quæ sunt & necessaria & commoditati futura, subinde modo suaserim, ubi ad carminum structuram uentum fuerit, quisq; diligenter aduertat, quot quisq; uersus pedes recipiat, et quem quisq; locus, an in uno loco, unus tantum, an uel plures sine discrimine collocari queāt. Quibus animad

Georgius Valla
Aldus
Stoa
Terentianus

Pādectæ
Sylua
Isagogæ
Notandū

uersis, erunt ipsa demum carmina & factu & cantatu prorsus facilia. postremum non possum hic non unūquēq; cohortari, qui poetam se sperat euasurum, is exercendi ingenii gratia quouis in manum recepto libro uel carmine pedestriue oratione cursim, ut se offerunt dictiones, uideat & dicat, quo singulæ pede a disyllabis usq; ad hexasyllabas constare posint. Cuius rei exemplum Aldus ex Cicer. Epist. tale ponit. Ego. bb. pyrrhichius omni. ll. spondeus, officio. lbbl. choriambus, ac. l. syllaba longa, potius. bbb. Tribrachus. pietate. bblb. pæon tertius, erga. ll. spondeus, te syllaba longa, cæteris. lbl. Creticus & sic in cæteris, quem sane exercendi modū plurimum probarim, perinde atq; huic rei accōmodatum.

Exercitatio in uersificando

VIGESIMA SECTIO DE SYLLABAE DEFINITIONE ET DIVISIONE.

QVIA scansionem pedibus fieri, pedes uero esse metricas syllabarum constructiones hactenus docuimus; utile nunc & necessarium erit de syllabarū ratione tandem differere. Qua una quidem re tota ars consistit metrica & princeps grammaticæ pars, quam prosodiam dicunt. Hortor itaq; hoc loco quosq; humanarum litrarum studiosos, ut toto (uelut aiūt) pectore syllabas, accētusq; addiscere conētur, earū deniq; q̄titates ad unguē cognoscere. In harū sane co

Prosodia
Adagiū
Syllabæ utilitas

gnitione latinũ eloquiũ, ſuã fere arcem tenet, qbus profecto in latina locutione nec ſplendidius nec optabilius inueniri queat. Syllabæ quidem linguam inſtruunt, ſermonem adaptant, ruſticitatem propellunt, barbariem ſecludunt. Has igitur merito eſſe perhibuerunt, qbus oratio conſonat, uerba canunt, dictiones exultant. Eſt proinde (ut nonnihil in lucem pmamus) ſyllaba, authore Priſciano libro maioris uoluminis primo, literarum comprehēſio ſub uno accentu, & uno ſpiritu prolata, q̃ q̃s abuſione quadam, ſingularium uocaliũ ſonos ſyllabas nominamus. Syllaba in latino qdem ſermone non pluribus ſex litteris conſtat, ut a, ab, abs, mars, ſtans, ſtirps. Aldus tamen Manutius, alioqui antiquitatum diligens admodum inquiſitor ſyllabam a ſingulis litteris ad ſeptem uſque conſtare docuit, quem Marinus noſter merito deridet: Quandoquidem ſi eiuſmodi reperiretur ſyllaba tot conflata litteris, ego eam hebraicam non latinam eſſe uocem dicerem, nec latino homini pronunciandam. Nec eius apud nos ualet authoritas, quam ſibi ex Victruuio confingit. & ſomniat, quoniam & ipſi non indiligenter eius grauiſſimi authoris libros a uertice ad calcem uſque perlegerimus uocem tamen, Striglx, haud dum offendimus. maior itaque nobis & ætate & eruditione ſit Priſcianus Aldo. Erit ſcitu quoque dignum, docente priſciano, ſyllabas, quæ ex ſingulis conſtant litteris, non plures ipſis uocalibus, de quibus fiunt, eſſe, innumerabiles autem pene, quæ litteris conficiuntur amplioribus. Præterea ſyllabam tres habere uocales nullam, hinc u, & i. non

Syllaba quid

In Aldũ

Marinus

Priſciãus Aldo melior

Notanda quædam aliter diphthongis, nisi consonantium loco, iungi, attamen u diphthongo iungi, ubi uim litteræ amitteret, ut quæ linguæ. Quæ uero singularium sunt litterarũ syllabæ, ex uocalibus constare ut æ, quæ autem ex duabus uel a uocalibus fieri, & diphthongum esse ut au eu oe uel a uocali & consonante antecedente & consequente, antecedente ut da, consequente ut ad. Notetur et hic pariter consonantes non tribus plures uocalem antecedere, nec e regione consequi. Consonantibus antecedentibus tribus, duas, tum uocalem necesse consequi ut monstrans, stirps, insuper antecedente syllaba in consonãtem finiente necessum sequentem a consonãte incipere, ut artus ille. Exceptis compositis ut abeo, adeo. Sed hæc latius qui orthographiam docent. Inter quos Quintilianus & Priscianus longe principes lectitandi sunt. postq; ipsos Gasparinus ille Bergomensis Rhetor non pœnitendus, quia eruditus & fidelis iuuenum magister. Nec præterierim, quid uel ante nos Curius lancilotus notauit literam geminatam uocalem, facere syllabam, ut, diis, ii iis, quoniam monosyllaba sunt. Immo id etiam agere diuersas ut huic, cui, hocq; Vergilii carmine probari Aene. i. Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat. Aen. i. Huic coniux Sichæus erat. Illud postremo minime ignorandum est in his dictionibus dehinc, deinde, deinceps, proinde, deest, deerat, de erit, deerunt duas uocales pro una accipi fit autem omnis syllaba a uocali non consonãte, licet apud antiquos st reperiatur absq; uocali, quam uocem dixerunt silentium significare. Desinit etiam syllaba in omnes uocales & in consonantes

Quintilianus Priscianus Gasparinus Lãcilotus Maro St

nantes

nantes sequẽtes c l m n r s t x. In b sunt ĩdeclinabiles ut ab, in d est unũ nomen dauid, et haud aduerbiũ. Oĩs syllaba ẽ uel pria uel media uel ultima. Prima quæ a prĩcip dictiõis ponitur, media oĩs, quæ ĩter primã et ultimã, ultĩa quæ dictionẽ finit, ut cõstãtinopolis, con ẽ prima, lis ultima, reliquæ omnes dicũtur mediæ. Hic q̃titatẽ unius cuiusq; syllabæ dignoscere studens, uidebit, quota in ordine sit illa, an prima uel media uel ultima. Deinceps regulas, quas paulopost subiungemus, inspiciat. in carmine etenim quouis tria in primis sunt consyderanda, primum syllabæ quantitas, secundum pedum ratio, idest ex quibus quilibet pes conficiatur, tertium diuersitas & pedum mutatio, idest quos pedes carmen quodlibet recipiat. Deinde carmen ipsum scandemus, ac iudicabimus sit ne sonorum, uitiosumue, ueluti in processu ostendemus.

Syllabarũ diuisio

Nota tria ĩ carmine

PRIMA ET VICESIMA SECTIO DE COGNITIONE QVANTITATVM SYLLABARVM IN GENERE.

COGNOSCVNTVR QVANTITATES syllabarum uariis omnino modis attamen uniuersis superfluis remotis, ipsas octo modis cognoscendas docebimus respicient, quoq; ii modi octo, unã quanq; syllabarum, siue sit prima uel media uel ultima di

ctionis. Ostenditur itaq; syllabarum quantitas positio ne, uocali ante alterā uocalē diphthōgo deriuatione, cō positione, ꝓpōne, regula, exemplo, uersificator proinde uersum scansurus, primo attendat an aliquis istorū mo dorum in quepiam sit syllaba, quo hæc cognosci poßit. Si non erit, fueritq; q̄titas adhuc incognita, confugiat ad canones spāles, quos post generales subnectemus.

VIGESIMASECVNDA SECTIO DE POSITIONE.

POSITIO, qua syllabæ quātitas co gnoscitur. Est post uocalem duarū; plu riumue consonantium in dictione col locatio, ut montes, musca corrumpit. Aut etiam ubi duplex consonans (ue lut x z & i inter duos uocales) sequitur uocalem, ut

Positio axis, gaza, maior, peior, troia. est quoq; positio diuersis in dictiōibus, puta quādo p̄cedens dictio in cōsonantē fi nitur, & sequens a, consonante incipit. Verg. i. Aenei. Italiam fato ꝓfugus lauinaq; uenit. gus in ꝓfugus est longa ꝓpter s literam in fine, & l in lauina, nam alioq̄ esset breuis. Non autem si prior dictio in uocalem desi nit, sequens a duabus consonantibus incipit positio erit. Maro. y. Aen. Flecte uiam uelis, an & mihi gratior il la. idem in eodem. Considunt transtris, intentaq; bra chia remis. idē. i. Geor. Et caua flumina crescunt. Quā

Que cō iunctio q̄; hoc modo poetæ latini græcos imitati positionem fe cerint, & maxime Verg. Lappæq; tribuli & tribulaq;

trahæq;, Et fontesq; fluuiosq; uoco, et terrasq; tractus q; maris. ĩmo & aliis plerisq; in locis, quẽ Seruius grã maticus uel eo defensandũ putauit, qđ breuẽ ꝑ lõga po suerit, aut ꝗa monosyllaba ad artẽ nimus ꝑtineãt, iisq; licẽter uti poßimus, aut ꝗa oẽ μόριον. i. ꝑticula, quæ sui substãtiã nõ hẽt supioris putatur oratiõis mẽbrum. Ex regula itaq; uniuersali hẽs oẽm positionẽ eẽ lõgã. Dici mus ãt syllabã uel lõgã uel breuẽ, cui sit uocalis aut lõ ga aut breuis, q̃tta uero ea sit pẽdet ex cõsonãte, q̃ uoca lẽ sequtur, hæc igit diligẽter iſpiciẽda eſt. A regula pau loãte dicta excepta est, nisi in ea poneretur uocalis natu ra breuis, et muta cũ liqda, tunc. n. positionẽ corripi pos se dubium nõ est, unde genitiuus patris primã corripit, ꝗa uenit a noiatiuo pater, ꝗ primã tenet breuẽ, nõ ãt fra tris et matris, ꝗa frater et mater primã lõgãt. unde dili gẽtißimus Marinus noster recte Augurellũ correxit, ꝗ ad Leonẽ põt. max. scribẽs dixerit. Inuolucrũ rerũ quũ ĩuolucrũ pe. nat. lõgã corripuerit. ita tenebræ, lugubris podagra, pharetra, mediã natura corripiũt. Salubris ãt aratrũ, lauacrũ, ĩuolucrũ et similia a supino formata au thore eruditißimo Scodrẽse nostro, mediã ꝑducũt, sin te nebræ lõgã ĩuenies ĩ medio est, qđ oĩs positio, cũ uelis, lõga esse poßit, nõ autẽ breuis. Tutißimum tamẽ in iis erit, bonos animaduertere authores, ꝗd illi seruarunt.

Seruius

Monosyllaba

Breuis uel lõga syllaba.

Marinus

VIGESIMATERTIA SECTIO DE uocali ante uocalem.

SCIAT uersificator uocalem ante uocalem in lati nis dictionibus semper corripi ut Deus Marius lu

cius. Excipe fio, si non sequitur r post e, ut fierem. Seclu de etiamnum genitiuos nominum ac pronominu; in ius quos ambiguos posuere scriptores, ut illius ipsius. Alius (authore Prisciano grammaticorum eruditissimo & post antiquiores omnium, ut ego iudico, longe principe quo duce posteriores sua quæcunq; in grammaticis præ scriptis locupletant, & aliena perinde ueste decorant, quanq; Critici nonnulli Neoterici Vallam sequētes nō tam sinistre q; perperam aliquot in locis reprehēderint illum, nimirum in alienis qua; suis longe ingeniosiores) produci, alterius autem corripi in dubium uenire neque at. Apud Terentianum tamen, si ipsius carminum stru- ctura bene inspicitur, non uno in loco alterius penul. lō gam legerim. Quem crediderim per transennam modo ea in parte uidisse Scodrensem doctissimum nostrū Ari starchum, nostrorumq; laborum iudicem longe candi- dissimum, quū in Virgilianis adnotationibus Seruiū nō incelebrem grammaticum historicum redarguerit, quā do hic genitiuos pronominum secundæ inflexionis natu ra produci censuerit. Nec putauerim ab eodem Marino doctore & censore meo prudentissimo me rectius quā fidelius reprehensum, quod in quodam ad diuam Mari am dignissimam Christi dei opt. max. matrem Eligidio dictiunculam Maria penul. uel eo longarim, quia Clau dianus eandem breuiarit. Optime me Marine tuæ erga mei fidei atq; fidelitati paternæ nunq; non gratias ago sed nolim me existimes Claudianum poetam, haud du- bie ingeniosum & doctum, una cum Ausonio, quem et ipse probo, legisse mini me, & ignorare utrunq; maria

Priscianus

Vallensis Laurentius

Terentianus

Scodrēsis Aristarchus

Seruius

Maria

Maria dictio

Claudianus

Ausonius

penul. breuiasse, legi certe legi, ac ipse uidi, immo non il lis modo ducibus, sed uel regula didici, in Ephœbis ad huc et puer, hoc nominis ipsum penul. corripere, uti Lucia, Sophia, & si qua ex græcis sunt similia uocalem ante uocalem in penul. habentia. Verum censui mihi eo in loco Sedulium, qui hoc ipsum nomen in penul. syl. ambigue usurpauit primo diuinorum mirabilium libro & alias Pontanum Iouianum Io. picum Mirandulam, Strosium & alios plerosq; nostræ ætatis uiros longe doctissimos mihi imitandos censui, præterea canonibus me quibusdã, quos nunc ne longior sim, non recenseo, me defensum iri speraui. Quoniam ergo secus mihi putas cessisse Harpocratem interim sum facturus. Tantum autem abest bilem, quod credis, commoueris, ut uel te collaudem & tuæ in me pietati, suo parabo tempore, pro uirili gratiã referre. Quintianũ uero discipulũ plane tuũ, ac meũ olim præceptorem minus pœnitendum, & militem profecto in literario castro gloriosum, & quam decet aliquoties gloriosiorem non demirari modo possum, sed uel indignatione quadam amarulentiore (iusta tamen) reprehendere impellor, quod Thraso ipse audaculus, iactabundus, Ephœsiæq; templi incensor adeo impudẽs os suum (ut uerbo utar omnibus communi) in cœlum ponere ausus fuerit, & loquacius q̃ prudentius hoc nominis ipsum maria penul. habere breuem admonuerit. Quandoquidem Bedam uenerabilem, Sedulium, prudẽtium, uiros, certe non poetica minus maiestate, quam sanctimonia clarißimos, temere erroris damnans inquit hac in re Ausonio magis & Claudiano in mendaciis (nisi

Lucia
Sophia
Sedulius
Põtanus
Picus
Strosius
Quintianus
Beda
prudentius

aliam in partē, q̄d haud crediderim, mēdacium retorserit) q̄p̄ Sedulio in ueris se adstipulari. Quorsum haec mi
Adagiū p̄ceptor? Num tu repuerascis? aut senex apostata futurus? Num illi quorum ductu p̄fecisti, tā male de te meriti sunt, ut ipsis p̄ percā scorpionē retuleris? Quo cacodæmone, doctissime uir (nolis.n. discipulus ipse, magis q̄ mō pius, hac te appellatiōe nomēclaturaq; priuare, quā plus æquo tibi plerunq; uēdicas) eiusmodi monendi rōnē doctus es? Cur tibi tātum arrogas īgenium? Tune aut prudētio aut sedulio aut beda in oī disciplinarū genere exq̄sitior? Pōtano doctior? Pico Mirādula uel
Palæmō ingenisior, uel candidior? Me eūdē nō, sed Palæmonem quēpiā iudicē cōstituerim. Illos mediusfidius scio nō absre ea ipsam pen. syllabā p̄duxisse, sed eius rōnis narrandæ nec locus est, & neuter nostrum patitur, q̄a uterque græcarum literarum, ex q̄bus istius rei cardo pendet & hebraicarum si non oīno expers, tamen tyro solum, non Athleta est. Præterea nolo ipse p̄uerbio perperam dare locum, quo aiūt Magistro sæpe discipulum fore doctiorem. Abstinere attamen nequerim, q̄n uel te doctorem
Deus ueritas meum pie adhorter, ne mēdacio post hac magis quā ueritati te crediturum dicas, alioqui in deum, q̄ ueritas est impius de sapientissimo Platone, & optimis quibusq; pessime meritus iudicabere. Tum ignoras Socratem esse
Plato Socrates amicum, sed ueritatē (qua homini nihil præstantius) multo amiciorem? Tibi ne non pensi diuus & omni ex parte doctissimus stridonensis meus Hieronymus? qui
S. Hieronymus nec multitudinum errori parere patrocinium uoluerit. Q nō tu gloriosior q̄ miles fortior, sed tamen audacior,

hoc tibi prætendis robur, quo non te numero, nec iunctis umbone phalangibus defensatum non modo iri, uerum uno aut altero omnino proteꝺum opinaris? Non *est, quod multis utar? quanq̃ iure possem boni interea consulas oro, meq; discipulum tuum mutuo, ut ego te amato.* Sin minus dicam ego. Tu *mihi non consul, si tibi non senator ero.* Paucis *esto contentus, nos ꝓdesse ultra studemus, de diphthongis disputaturi.*

VIGESIMAQVARTA SECTIO DE DIPHTHONGO.

DIPHTHONGO COGNOscitur *etiam syllaba, quia omnis diphthongus ut æ, œ, au, eu, longa est ut* Aeneas, *cœlum, laus, eurus, nisi in eadem dictione, diphthongum uocalis sequatur, ut præhendo, præuro, tunc enim diphthongus corripitur,* Vergil *.i.* Aenei. *Stipitibus duris agitur sudibusq; præustis.* Est *autem diphthongus,* Marciano *de finitore, modulata uocis particula una intentione producta.* Errant *ergo, qui eam dicunt duarum uocalium cõglutinationẽ in eadem syllaba esse, & suam uim seruãtium, quandoquidem in diphthongo duæ ponuntur literæ, sed una tantum profertur ut poetæ.* Hinc *pariter delirant, qui diphthongum dici uolunt, quod duos phthongos idest sonos habeat, quando in hac unius tantum uocalis sonum audimus.* Ex *huius erroris fonte arbitror quosdam italos (sermo mihi* Diphthõgus Capella

de iis est, qui latinum sermonis a limine modo salutarũt, docti enim docte loquuntur) esse perfusos q ex interiectiõe heu duos, hoc est utriusq; uocalis, sonos ferme exprimunt, quum, quia diphthongus sit, uno tantum sono pronunciari deberet.

VIGESIMA QVINTA SECTIO DE DERIVATIONE.

COGNOSCITVR plerunq; syllabæ quantitas ex deriuatione. Quoniã concordi scriptorum authoritate tantam dicimus esse syllabam deriuatiui, quantam primitiui. Si enim primitiui fuerit breuis & deriuatiui breuem esse haudquaq inficiabimur, ut amo primã habet breue; ita amator amãs. donum primam habet longam ita & donatio et donãs. Tunc autem regulæ locus est, ubi in dictionibus eade; litera sequitur uocalem in deriuatiuo, quæ in primitiuo ut moueo primam habet breuem, ita mouens, mouẽdus. Sin uero alia aliqua sequitur litera, tunc certum est, permutari quantitatem, ut mobilis momentum. Hinc est, quod uariæ huius sint regulæ exceptiones, quas apud alios, præsertim Quintianum Becichemi alumnum, & imitatorem manifestißimum legere potes Epo. ii. ca. iii. & iiii. Dicax enim prima est breuis, licet eius primitiui dico sit longa. Sedes primam habet longam, licet sedeo breuem habeat. Illud sane uel usu uenit, q̃d aliquãdo non sit aperta deriuatio ut remigium a remeo, uel

Quintianus Becichẽi discipulus

quod literarũ ordo ſit confuſus ut à iuuenis iunior, uel qđ alia ſit poetarum aut licētia aut uſus. His enim modis regula fallacias patitur, ꝓfuerit ergo plurimũ receptos anthores legere, eosq; fideliter memoriæ mãdare.

VIGESIMASEXTA SECTIO DE COMPOSITIONE.

SYLLABARVM quoq; q̃titas cõpoſitione cognoſcitur, ut ſi ignores, q̃ta ſit prima in dictiõe probus, cognoſces ex accẽtu dictionis iprobus, id qđ pariter in deriuato & deriuatiuo ſeruari ſolitum eſt. Quanta enim in dictione fortunatus ſit ſyllaba, tu. ex dictione fortuna cognoſci poteſt, & naturalis ex natura, nec aliter uerba ex compoſitis dignoſcũtur, quãdoq̃dẽ cõpoſita multoties ſimpliciũ naturã imitãtur. Quæ ſane oĩa ex accẽtu cia noſcuntur, in polyſyllabis. n. dictiõibus apud latinos ſi penultima breui fuerit accentus in antepenul. eſſe debet, q locus acuti dũtaxat eſt. Sin pen. lõga fuerit uel poſitu uel natura, in ea eſſe accẽtus debet aut acutus aut circũflexus exceptis pauculis quibuſdam uoculis, ut in libro de Accentibus Priſcianus docet. ſimplicia cõpoſita Priſciãus

VIGESIMASEPTIMA SECTIO DE PRAEPOSITIONE.

PRæpoſitionem tantam eſſe in compoſitione (præponitur etiam præpoſitio caſui, & hoc per appoſitio

Præpositio dupliciter ƿponitur

nẽ ꝙtam extra cõpositionẽ in cõfesso est. sunt præpositionum hæ longæ de, præ, e, a, se, dis, di, ꝓ ut ƿpono prænoto, dedo, deduco, deditus, euado, auello, amitto, seduco, secerno, diligo, diduco, ꝓpono. ꝓmitto. De tamẽ et ꝓ corripiunt, sequente uocali ut dehiscẽs, ꝓstis. De pariter in disertus & dirimo. id qđ ex cã in aliis etiãnum usu uenire põt quum non facile canon aliqua de re dari possit, quæ exceptione undecunq; careat. Pro. M. Tullius & ꝓduci & corripi dixit sequente litera f, ut ꝓfiscisci, ꝓfugus, prophanus, profestus, professus, quanꝗ in hoc ueritati non semper esse locum. A. Gellius li. ii ca. i. nocti. atti. ut ꝓfligo, ꝓficio, ꝓfero adnotarit. Nõ possum hoc loco nõ mẽinisse alterius Tullii obseruatiõis, qua ille accurate notauit ƿpositiões in, et con, in causa esse ut uocabula quorum initiũ esset per s protẽderentur atq; producerentur, si hæ ƿponerẽtur istis alia aũt oĩa correpte ꝓnunciari, ut insanus, inclytus. Quod nec ipm semp accidere crediderim, nisi tum quãdo manifesta est suauitatis rõ in eis uocabulis. Debet sane uoluptati aurium ipa oratio moderari. Quod adeo uerum & utile est, ut plerunq; orationis, aut alicuius dictiõis cũ decora tu; uitia auriũ iudicio aĩaduertimus quæ ne exprimere qdẽ possumus. Ex re itaq; erit carmina aliquoties aurium sono subiicere, q tamen etiã fallere põt. Re in compositione corripitur ut remitto, reduco. Fallit, quoties consequens consonans geminatur ut reduco, relatum, reliquiæ, rettulit, reppulit, tunc enim re positione protenditur. id qđ sæpicule in carmine a poetis usurpatum uidemus in pedestri uero oratiõe non itidem. Vnde me Catullum poe

Tullius Pro

Litera

Aurium iudicium

Re

tâm doctißimum imitatum ab aliquibus non protritæ literaturæ uiris in iuste reprehensum existimarim, quod Catullus in nostris in Lactantium distichis & alias re in uerbo retulit corripuerim una cum tu. Immo censuerim me eius uoculæ naturā seruasse, quæ est, semper corripi, aliquando autem lōgari, est ex consonante geminata, ipsam sequente, quæ metri duntaxat gratia ac necessitate Rettulit (ita nimirum crediderim, et crediturus, quoad doctior me q̃spiá aliter uereq́; edocuerit) eū ad modū duplicatur. Quod ēt inditiū esse putat Aldus ī illis quatuor noībus litera, quatuor, litus, tera, q̃s q̃; pleriq́; eius plurimū refragentur obseruatiōi, quam ego tamen, et si alius sit usus lubens amplexatus fuerim. Cæteræ p̄positiones regulis subiūgātur generalibus et sp̄alibus ut ab, abs, ex. ea ꝓpter in uerbis cū p̄positione compositis currēdum est ad primitiuum quatenus numerū syllabarum supputas ut relego le prima syllaba.

DVODETRIGESIMA SECTIO DE REGVLA.

ET si probus grāmaticorum nō extremus syllabæ quantitatem nec regula nec illa artis ratione, sed sola authoritate cognosci autumauerit, tamen ipsam hac percipi ratione aliquando posse a pluribus creditur. Nempe ex prima regula, oē p̄teritum disyllabum primā ꝓducere cum omnibus ab eo temporibus formatis De p̄teritis regula

ut fugi, legi, legerem, legissem, legerim, legero, legisse. Excluduntur a regula fidi a findo, scidi a scindo, bibi a bibo, dedi a do steti a sto, tuli a fero. Ex secunda regula praeteritum geminans in principio corripere primam ut momordi, cucurri, pepuli. Ex tertia regula, omnia alia praeterita praesentis quantitatem obseruare, uelut et omnia alia tempora. Sicuti enim amo primam corripit, ita amaui, nisi literatura immutaretur, ceu i iis quatuor genui, posui, potui, coegi, quae primam habēt breuem, licet a longa emanent. In quibus sane respiciendum est ad p̄cedentes regulas, quoniam rui, frui & similia, quanq̄ dissyllaba sint, quia tamen uocalem ante uocalem habeant, breuiantur. Ex quarta regula supinum dissyllaba producere primam cum participiis suis uerbalibus, freq̄tatiuis, ut uisum a uideo, uisus a um, uisurus a um, uiso is ere, uisito as are, uisio onis, uisus nomen excipiuntur quae hoc interclusimus typo.

praeterita gemiata

Tertia prima

	itum			eo is ire
	reditum			redeo
	quitum			queo
	nequitum			nequeo
	Citum			Cieo
	Concitum			Concieo
	Situm			Sino
	Desitum			Desino
	Litum			Lino
	Illitum	ab		Illino
Supinum	Datum			De

Redditum	ab	Reddo
Statum		Sto
Institum		Insto
Satum		Sero
Insitum		Insero
Rutum		Ruo
Obrutum		Obruo
Notum		Nosco
Cognitum		Cognosco
Agnitum		Agnosco

In quibus agnoscendis necessariūm omnino duxerim scire coniugationis usum & temporum reductionem. Ex quīta regula in imus in penult. corripere ut amauimus. exceptis (authore probo) subiunctiuorum præteritis, quæ cum futuris longantur ut amauerimus, docuerimus, Ex sexta regula participia in ans, rus, dus regulā, a quibus nascuntur, obseruare, ut amās amaturus, amādus. præter staturus, in tus autem supini regulam sequūtur, demptis ambitus a um cognitus, agnitus. Ex septima regula idest in fine compositæ dictionis breuiari ut causidicus, doctiloquus, pariter & o litera in compositione ut Christophorus, Democritus, & si in aliquibus etiam i, & o, longæ reperiantur apud poetas, quod minime mireris, quoniam uti sæpe diximus, non sit regula adeo consummata quæ exceptione uacet, ideóq; utilissimum est bonorum authorum sequi exemplum. quo de subsequens est sectio.

Quinta regula

Sexta regula

Septima regula

VNDETRIGESIMA SECTIO
DE EXEMPLO.

EXEMPLO & imitatione proculdubio syllabæ q̃titas accipi pōt. Quādoq; de;, si quēpiā fugerit cuiuspiā syllabæ q̃titas, quā nullo p̄dictorum modo inuenire queat, cōsilium erit p̄sentiss;imū uti confugiat, tanq̃ firmissimas anchoras, ad illustres poetas, puta Vergilium, Ouidium, Horatium, & horū similes, quos perinde atq; ex cathalogo in nostro consiliorum de puero literis instituēdo opusculo recēsuimus.

Carmina memoriter discere

sicuti. n. illi citra licētiam usi sunt syllabis, eo quoq; nō nobis uti conuenit, quæ (crede mihi) optima & omnium cautio est longe certissima. uersificaturus proinde (consuluerim) classicorum poetarum uel integra carmina uel Hemistichia uel saltem dictiones memoriæ commēdet, ita uti quasi ex promptuario quodam sint euentura. Hæc sane uel unica ars poetica ex dignis est capiēda authoribus, ex quibus etiamnum copia uerborum sumēda, & figurarum uarietas, componendiq; modus ac ratio, & ad ipsorum exemplum, quocunq; in carminum genere, uirtutum mens dirigenda.

imitatio usus

Hinc Fabius magno iudicio censor & rhetor dubitandum minime cēsuit magnam artis partem imitatione & exercitatione contineri, in eoq; omnis uitæ constare rationem, ut quæ unusquisq; in alio probat (modo rectum sit quod ipse p̄bandum putat) facere & ipse uelit. Nec est, quod q̄spiam

nos redarguere furti tentet, si aliquem receptum autho rem, aut carmine, aut ꝑsa imitatione (absit tamen, omnino, eorum, quos imitamini, uerba omnia in forma perinde atq; uestra, suppreßis nominibus, transcribatis) exprimere necnon reddere pene studueritis. immo in mētem nobis ueniat non esse disciplinam, cuius initia ad ꝓpositum sibi præscriptum atque scopum formata non essent. ueniat inquam, & in mentem hoc ipsum Ciceronem, quo in eloquentia apud latinos maior nullus, Maronem, qui cunctis in Romana lingua poetis præstitit, illum, quando ad uerbum fere Demosthenem hunc, ubi Homerum ad unguem ferme imitaretur, factitasse. Siluerim sexcentos alios, qui imitatione quodammodo & exercitatione naturam superantes euasere clarißimi. Est ergo fidele consilium meum, ut stientiæ, quam pro uirili trado, usum addatis, quam legendis authoribus plurimum augere poteritis, & iis quidem, qui & latine & præclare locuti sunt. Est in imitatione prorsus animaduertendum, quales sint, quos imitari uolueritis. Illos autem ex Cicerone in libro de oratore. iii. Optime dignoscetis. nēpe Quintiliani & Plinii iunioris sententia optimi in primis & candidißimi quiq; (ex iis est uexillifer Vergilius) legendi sunt & ipsi in libello cōsiliorum nō obscure retulimus. Sed de exercitatione & poetarum lectione hactenus, nūc ad rem ipsam redeamus. Quoniā pauloāte poeticæ licētiæ mentionē fecimus, obiter notādū uelim lnīa eē poeticā, ut si solutiōibus utamur sæpius si collusiōes quandoq; haud admittamus si uocalem

Notandū

Cicero
Maro
Demosthenes

Homerus
imitatio
qualis
Cicero
Fabius
C. Plinius

Licentia poetica

longum uocali sequente breuiemus, si relictis grammaticorum nugis latum iter capessamus, quo ad differentias. Non autem est contra regulas, rationes, artemq́; progredi, aut in syllabis errare, stilum euertere, utpote humilia extollere, superba deprimere & horum sexcenta fere numero. Hoc etiam loco admonuerim quosdam nouum addidisse quantitatis cognoscendæ syllabæ modum qui est ex simplici uel duplici similium literarum coniũctione. Simplex enim aut duplex literarum coniunctio, quando apte fieri potest, syllabam notam facit, ut si simplex erit litera corripiemus, si duplex elongabimus, de quo supra diximus ut retulit, repulit, repetit, relatus, religio. inibi tamen opus erit, ut sint pares consonantes ueluti dd, pp, ll, & hæc de modis cognoscẽdarũ q̃titatũ generalibus suff iciũt. Reliqua apud alios.

Nonus modus cognoscẽdi q̃titates

TRIGESIMA SECTIO DE SPECIALIBVS QVANTITATVM REGVLIS.

ENVMERATIS, & expositis aliquot generalibus cognoscendæ syllabarum quantitatum modis, profuerit (arbitror) maiorem in modum regulas ea de re aliquot speciales subiungere, quas puto rem ipsam tyronibus omnino non iniucunda inuentione, & quidem breui ostensuras. Eritq́; hæc ipsa doctrina eo attinens pueris (quibus, & una nobis hæc communicamus) multo utilior, atq́; iuuandam memoriam

moriam magis proficuā quam regulæ, quas uocant a an te b, e ante r & eius sortis aliæ, nempe quod hæ longo uix tempore negotium perdocēt, uel quia perterrere potius tenella ingenia & confundere uidentur, in quibus etiamnum sæpenumero grammatici, qui ea docendi ratione utuntur, sibi ipsis non constant, quando eas magis curiose quam erudite (quod cum uenia dixerim) inuertunt, ut qui docuerit a ante t corripi in primis syllabis tamen plerasq; collocarit exceptiones, quas alter sub regula generali complectens regulam facit. a ante t produci, & ipsum quoq; exemplis pariter ostendit. Et ita usu euenire uidemus, quas prior sub regula generali cōcludit, alter a sua regula demit. Semotis igitur lōgiusculis istorum ambagibus (quas tamen minime adspernamur, sed eas pro tpe legendas suademus) puer subsequētes tres memoriæ mādet uersiculos, uersiculos inqꝫ uerbis duntaxat fictis nihil in se sensus comprehendētibus, ad hoc tantum modo rei ex composito, & data opera excogitatos, & constructos, quibus demptis exceptionibus (quas apud alios legere est) uniuersæ pene syllabarum quantitates uel sesquihora uel temporis momento addiscet, quibus & ego puer olim haud parum adiutus sum. Est autem primus uersiculus primarum syllabarū. Secundus mediarum. Tertius ultimarum. in qbus quæq; suo in loco uocalis sit, quaq; constet ratione aperitur a Mansla, e delensteue, i f linsdiuirim, o bodogosmo, u cudrunsgumft. a Bau, e bedecelmentu, i qui, o nost, u dugrumunticus adde a, u, i, n, c, as, es, os, finales dant tibi longas. Sciat proinde studiosus literarum amator, uo

cales semp sequētes respicere cōsonātes, & dici syllabā vel breuem uel longam ratione uocalis in eu, quæ est uel breuis uel longa. Versiculi itaq; præcedentes monent uocalem præcedentem has, quæ in iis dictionibus ponūtur, cōsonātes ante eas pduci, ante cæteras, quæ in iis positæ nō sunt corripi. Si ergo cupiā alicuius dubia dictiōis occurret syllaba, uidēdum est primū, quota in dictiōe sit an prima uel media uel ultima. Si prima inueniet primus uersiculus, si secunda, scd's, si ultima ultimus. Dehinc quæ sit ea in syllaba uocalis. si a adminiculabitur dictio uersiculi, quæ a hēt (habēt aūt singulæ in his uersiculis dictiōes singulas iuxta seriē uocales) si e tunc recurrendū ad eā dictionē, quæ e tenet, & sic de cæteris, uerbi gratia, a ante b corripitur, ut labor, a ante c, corripitur ut achātis. a ante d corripitur, ut spado madeo, qa cōsonātes ĩ illis dictiōibus, quæ uocalē sequūtur primā, & qdē a, ĩ dictiōe mausla quæ hmōi deseruit syllabis, haud ineniūtur. A āt ante l lōgatur ut malo uerbū qa l, cōsonās ĩ māslarepitur et sic de singulis primarū syllabarū uocalib'. Id qđ eodē mōfacies de mediis syllabis. In his qdē a ante b c d f ph corripitur ut arabis, alacer, lampadis, colaphus. A autem ante g producitur ut imago, uirago, quod dictio gau, ubi u litera cōsonans est, non obscure demonstrat. De finalibus autem syllabis relatio uocalium non est ad consonantes. Sed finitæ in a dictiones produci dicimus, ut ama, extra, contra. Excipiuntur nominatiui & uocatiui in a primæ inclinationis & nominatiui & accusatiui & uocatiui secundæ inflexionis. In b finita corripiuntur,

ut ab, sub, ob. In c producunt ut lac, halec, in d, corripiuntur ut apud, Dauid. In e corripiuntur ut cubile, monile, sicque deinceps in reliquis quæ partim ex tertio discuntur uersiculo, partim ex specialibus quibusdam canonibus, quos a me rogato ad Hieronymum meum a uitalibus pauculos ante dies transmissos legere poteritis, quorum in subsequenti sectione mentionem sumus facturi. Hæc sunt, optimi auditores, quæ puer olim a doctissimo meo, eodemque integerrimo Iacobo Vuimphelingio doctus, & hucusque apud me, solum deposita uestræ in me charitati (quam certe non uulgarem commostratis) haudquaquam dolenter communicarim, modo uobis accepta, uosq; gratos accipiam. Sunt enim ea (nisi omnino fallor) quæ exercere ingenia uestra, & adiuuare memoriã indubie possunt. Quãq̃ nõ nescius fueri, esse elemẽtarios quosdã osores, q potiori semp curæ aliena, quã sua habẽtes, oblatrantes hanc recenter excogitatã cognoscẽdarũ syllabarũ quantitatum rationem æque atq; leuiculam & tricis apinis uiliorem, uel sardonio subsannarent risu, adunco'q; naso suspenderent, isthæc quoq; nostra documenta hac in parte non modo uti res paruas minutasque horridiore nausea (quam me a fronte magis quam in recessu motitare existimauerim) fastidirent, uerum etiam perinde ac undecunque eruditis adspernabilis, infrugiferas, ad risum modo excitandum natas ne scripto, ne memoriæ quidem mandanda inclamarent, tamen nulla isti ratione, cur idipsum impudenter rep̃hendunt suffulti minime cogent me, ut quæ

Hieronymus a uitalibus

Iacobus uuimphelingius

mihi uobis usui uidentur cælare quempiam uelim. Ista profecto eam præstabunt cognoscendæ quantitatis rationem, quam apud alios uix commodiorem sitis inuenturi. Si isti hæc uel eo solo derident, quonia; ridicula audiantur, & nullius sint sensus capacia. Velim cogitent illa in id minime excogitata, quod quid significent sensus perfecti, sed sua quadam ridicula iucunditate & efficticio sono utilia, quæ latent, repræsentarent. Quod si uel adhuc quasi minus recta tum incusant tũ derident, Demiror ego. quibus cathenis constricti abstineãt, ne totos agant Democritos legentes (si modo aut legũt aut unquam legerunt) Busyridem a Polycrate laudatum, a Glaucone iniustitiam, a Phauorino quartanam febri; a Synesio caluitium, a Luciano muscam, ab Erasmo stultitiam omni celebratam laude. Demiror subinde, ut non cachinno prorsus soluãtur, uidentes & lectitantes quæ eloquẽtissimus Cicero, & Fabius ille Quintilianus eruditissimus, & alii sapientia & doctrina præclari uiri de memoria arte & exercitatione comparanda post se scripta reliquere. Nonne leuiculum, peneq; ridiculũ cuipiam uideri possit? quod illi nauigationem anchora, militiam spiculo, aut aliquo alio ex armis, ægroto in lecto cubante, & reo ad eius lectum stante, dextera poculũ, sinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenente, testes, hæreditatem, & ueneno necatũ notari docuerint? nimirum locos, exedra pro cera, simulacra, ut aquila, p literis, collocationem simulacrorum pro scriptura habentes. Hæc proculdubio uideri queant ignauo homini plane ridicula, & nihil in se utilitatis fouentia, nempe q̃d

Cicero
Fabius

ſibi iſthæc uelint ignaro. Verum illi ſummi oratores, rẽ eiuſmodi magis penſi habentes, ſciebant hiſce et locis et imaginibus plurimum memoriam iuuari, & quorũ qſq; meminiſſe uellet perinde atq; ex quibuſdam ſignis notari, nec ipſi ſua ſunt opinione decepti, nec idipſum memoriæ inſtaurãdæ artificium fruſtra crediderunt. Quãdoquidem de ſymonide (qui primus memoriæ artẽ oſtẽdiſſe perhibetur) fabula (niſi quis eam dici hiſtoriam mauult) prudenter admodum accepere, ea maxime animis effingi noſtris, quæ eſſent a ſenſu tradita, atq; impſſa, acerrimum autem ex omnibus noſtris ſenſibus eẽ ſenſum uidendi, quare facillime animo teneri poſſe ea, quæ perciperentur auribus, aut cogitatione ſi etiam oculorũ commendatione animis traderentur, ut res cæcas, & ab aſpectus iudicio remotas confirmatio quædam, & imago et figura ita notaret, ut ea quæ cogitãdo cõplecti uix poſſent, intuendo quaſi tenerentur. Si ita illis extra omnem aleam uiris uiſum? ſiq; ex re indicarunt: illi eam ipſam memoriæ artem modo, quoquo poſſent, poſteris tradere, non utiq; differre rati qua quiſq; poſſet occaſione imbui, modo bene imbueretur. Cur ergo bone deus, adeo meus docendi modus tam pluſculis non ſecus ac res futilis, & uilior, quam e medio repetita improbatur, rõchiſq; zoilorum tam digna uidetur? Cum tamen hanc ipſam (bona certe fide) dignoſcẽdæ ſyllabarum quantitatis rationem facile ex maximi rhetorices magiſtri documento defenſandam putem. Nonne quæ memoriam ab aliquo ſimili trãſferunt ad id, quod continẽdũ eſt, ut in nominibus euenire adſolet, magis adſtringunt? Sinant

Symonides

proinde isti monitores me etiamnum meo uti uoto, mihiq; meum uelle pariter fore, hoc est permittant me uos modo, quam possum facillimo instruere, eaq; uobis præscribere, quibus citra uitium & breui tempore in altam memoriam cõstituuntur reponanturq;, quæ alioqui lõgo q̃dem tempore, & fortaßis uitiose insiderent, nec curent, si uel nugis seria, uel ludicris frugifera uel fictis uera commostraro. Verum sciant doctoris esse, ut quæq; tentet, quibus discipulorum tarda poßit emollire ingenia, conetur pariter cum pedibus tum manibus, ne isti apud sese operam perdant, & semper faciliorem docẽdi rõnem ita exhibere, ut q̃busq; musarum ianuæ sua quasi sponte aperiantur. Doctore enim infido nihil odio dignius, nec uitio q̃cquam magis uertendum, quam longis eum in docendo, & scrupulosis teneri ambagibus, q̃ tribus poßit uerbis ad id, quod uelit, duci. Id quod sane a multis hoc in loco factum scimus, a quibus ipsi alieni illud acquisiuimus odium ut credam aduersus nos aliud dici posse nihil, quã poetices me maiestatis ꝓditorẽ hac in ꝑte fuiße, hocq; plane effecisse, q̃d ipsi plusculis, hoc ãno (ita ẽ ꝓuerbiũ meũ) nostris istructis poeticæ primordiis posthac discipulis carerẽt, subinde nullũ fore locũ ueniæ, nisi palinodiã canerẽ quã canã ubi fuero edoctus, q̃d iure i hoc meo docẽdi genere i ordinẽ sit redigẽdũ quo nimirũ facto tã lubẽs falsi pœnam subibo, ut uel ipse quæ ꝑperã tradita sunt ꝑtim asterisco ꝑtim obelisco siq; notatur, meq; cuiusq; prudẽtiorũ uirgæ haud ægre subducturus. Interim cuiq; zoilo cũ bono poeta respõdebo. Quid refert dictis ignoscat mutius an nõ.

Doctor debet eẽ fidelis

TRIGESIMA PRIMA SECTIO DE quibusdam quãtitatis canonibus iuxta nominum declinationum seriem.

FOEDERICVS NAVSEA SVO HIERONYMO a Vitalibus Pullastrello Salutem.

ACCIPE, mi Hieronyme, quas tibi sæpius efflagitãti de ultimarũ syllabarũ quãtitatibus ad nominũ inflexionũ seriem succisiuis eisdem horis, citra tamẽ dictiõis apparatum (quẽ tẽporis angustia & icõmoda mei corpis ualetudo mime admiserunt) collegimus. Accipe una cũ his, quo me tuarũ uirtutũ p̄stãtia lux tui ingenii fulgens, uehemens tuum in optimis artibus, disciplinisq; studium, singularis, et admirabilis pene tuus erga me amor, maxima præstantissimorum tuorum parentum, totiusq; tuæ honestissimæ i me cum beneuolentia tum obseruantia, fides constantia adegerunt. Eo mediusfidius, quo tuam sim utilitatẽ meæ omnino prælaturus, ut etiam aliquando periclitari maslim, quam tibi amiculo & corculo meo tam probo, tãq; officioso minus obsequi, immo ut pariter tuã mihi uoluntatem rationis loco habendam sæpenumero censuerim. Id quod tibi sis persuasurus nullo existimauerim Grypho opus fore, ubi quo utor erga te tuosq; studio quispiam cogitare uelit. Interim operam dabis, ut in bonis tibi literis perdiscendis freno magis (sicut hactenus egregie fecisti) quã calcare opus sit, qđ te plane exe-

cuturum credo. Vale & salue. Saluere uelim nomine meo iubeas, parentem utrunq; tuum candidissimum et lauram sororem, alteram nostri seculi Lucretiã ex Verona. Septimo Augusti Kalen. Anno. M.D.XXI.

DE PRIMA NOMINVM INFLE xione Canon sing. numeri.

GEnitiuus & datiuus nominis primæ inclinationis unitatis, & nominatiuus, uocatiuus numeri multitudinis in e finiti ultimam longant, Mariæ accusatiuus in am corripit. Vbi notatu dignissimum iudicauerim, uocalem ante m, uniuscuiusq; casus finalem esse breuem, hocq; uel in carmine per sequentem uocalem collidi, uel positu per sequentem consonantem plerunq; pduci Mariam. Vocatiuus in omni declinatione atq; numero, nominatiuũ (si modo in finali syllaba sit paritas) in quantitate comitatur. Ablatiuus singularis in a terminans semp longatur. Maria. P.N. Datiuus et ablatiuus multitudinis numeri in is productam finiunt, Mariis. Accusatiuus as, in quam desinit syllabam producit Marias.

De secunda nom. infl. canon.

S.N.

NOminis secundi declinatus singularis genitiuus, nominatiuus, uocatiuus plurales & ultimam uocalẽ longant. Christi, datiuus, ac ablatiuus o finale producũt Christo. P.N. Neutra huiusce', & alterius inclinationis nominatiuum, accusatiuum, uocatiuum in utroq; numero finalem habent syllabam parem, & in ea ipsa uniformem quantitatem. Secundæ declinatiõis, et deniq; uniuscuiusq; alterius in a finalẽ breuiant templa.

Datiuus & ablatiuus is ultimã syllabã optinent ꝓductam, Christus. Accusatiuus nois masculini os ultimã ꝓducit, christos, sed a neutrius generis corripit templis.

De ter. no. infle. canon. S. N.

TErtiæ declinationis nominis genitiuus is ultimam & penultimam si deorsum cadit, syllabam breuiat patris, corporis. Datiuus finale i protendit. Accusatiuus nominis neutrius finale us tam etiam in nominatiuo ꝙ uocatiuo casu corripit. Sextus uero casus si in e ultimã corripit. Si i (nam is utroq; modo coniunctim, modo diuisim, terminat) eandem lõgat, corpore, mari. P. N. Nominatiuus, accusatiuus, uocatiuus non neutri generis nominum es, in quod desinunt protendunt. Neutra in a breuiãt. Datiuus & ablatiuus tam huius quã quartæ inflexionis, bus finalem corripiunt, est hic minime ignorandũ, in es nomina tertii declinatus numero unitatis, quæ in genitiuo crescentia, penul. breuiant, ultima (authore probo) excepto inquies, protendi lues. Nec hoc prætereundum huius inclinatus datiuum & ablatiuum plurales a genitiuis singularibus in penul. breuiter excrescentibus uenientes, medias duas (fiunt .n. quadrisyllabi) breuiari, una cum ultima ut diuitis, diuitibus, militis, militibus.

De quart. no. infl. canon. S. N.

QVartæ declinationis nominis in unitatis numero genitiuus, & in numero multitudinis nominatiuus, accusatiuus, uocatiuus finalem us syllabam lõgãt. Singularis uero nominatiuus eandem corripit, manus, datiuus pen. cor, ul. ꝓ. manui, Item ablatiuus, & ꝗsq;

casus cuiusuis declinationis in u finitus in fine proten-
Priscianus ditur, teste Prisciano·Panthu, manu· Cætera ex aliis su
pradictis inflexionibus colliges, nolim enim repetitio-
nibus tedium gignere·

De quint·no·infl·Canon. S·N·

NOminis quintæ declinatiõis genitiuus & datiuus
q̃ in ei diuisas terminant syllabas pen·corr·sed ult·
pro·seruãt·e finalis in ablatiuo semp ꝑtenditur·fide·

P·N·

VLtima nominatiui, uocatiui utriusq; numeri et uo
catiui pluralis in es corripitur· Fides, genitiuus
penultimã ꝓducit, ut specierum· Idẽ agit in eadẽ syllaba
datiuus & ablatiuus speciebus·

Et hæc secundum seriem declinationum·

CANONES SPECIALES DE QVANTITATIBUS EX SYLLABARUM NUMERO DIGNOSCẼDIS·

CANON DE TRISYLLABIS DICTIONIBUS·

DE DVARVM syllabarum nomi-
num quantitatibus uix speciales dari
possunt canones, hæ tamen ex regulis
forte in nostris in artẽ poeticen primor
diis facile cognoscibiles· Itaq; mi Hiero
nyme, de illis nihil scribo· De cæteris uero aliquot passi;
ex authoribus doctißimis tibi canones accurate collegi
mus· Aiaduerti receptos in latina lingua poetas (quos

ne longior sim, haudquaquam citabo) in dictiõibus tri syllabis a principio nec positionem, nec diphthongũ, nec aliquam aliam longationis rationem habentibus plerunq; in omnibus tribus syllabis breuitate usos. uerbi gratia ubi ratio est protensionis. copia, prælium, polluo pone re. ubi non, dominus, populus, idest gens, gelidus, legere, geminus. In eisdem uero dictionibus, si in penul. circunflexus fuerit accentus primam communiter corripuisse, penultimam ob accẽtum produxisse item ob seruaui ut Metellus, Cethegus, papyrus, caueto, requiris, uenenum, leuamen & alias hoc genus pene innumeras, quanquam & huiusmodi dictiunculas ex aliis etiamnum rationibus corripi posse haud ignorem.

Canon de dictionibus tetrasyllabis.

ANimaduertimus ex frequenti poetarum lectione quatuor syllabarum dictiones, quæ in secunda syllaba quampiam protensionis rationem habent, multoties penult. & ulti, corripere luctantia, recurrere, cognoscere. Eas quoq; si initio longam habent, medias duas breuiare comperimus, ut Teuthonicus, Ausonius, imperium, Threicius, Hyppolytus, Tyndaridi. Sin eædẽ circunflexum habuerint accentum in penul. frequẽter primam longam, breuem secundã tenẽt, ut subligatum liberalis, Marcialis. fallit in capitalis.

Canon de dict. penthasyllabis.

DIctiões syllabarũ ꝗnq;, primã cõmuniter breuem, secundam productam, tertiam breuem, penult. lõgam, ultimam secundum regulas generales tenent, ut Neronianus, Papyrianus, libidinator, negociator. Con

ducunt eiusmodi uoculæ plurimum ad structuræ carminum endecasyllabarũ uenustatem, quando duos ultimos in illis trocheos, qui endecasyllabis peculiares sunt, implerint. Marcialis li. ix. in gelliam, heu, heu quam bene nunc papyriane.

Canon de hexasyllabis.

INueni sex, syllabarum dictiones sæpenumero primã sylla. longare secundam breuiare, tertiam lõg. quartam bre. qntã lõg. finales uero syllabas scd'm regulas generales ut esuritiões, hospitalitatẽ, helciarum

Canon de ultimis syllabis infinitiuorum & imperatiuorum.

VErbum modi imperatiui secundæ personæ numeri unitatis primi. secundi, quarti ordinis ultimam pducit ut ama, doce, audi. Sed ordinis tertii corripit ut lege. Cognoscitur subinde ex numero singulari, pluralis numerus, Verba item infinitiui modi unitatis numero primæ, secundæ, quartæ coniugationis penultimam sibi longam, sed tertiæ coniugationis eandem breuem sibi uendicant, ut amare, docere, audire, legere. Hæc sunt optime Hieronyme, quæ hac mihi tempestate tibi tanquam impendio futura usui colligenda, simulq; transmittẽda rogatus existimaui, cætera, quæ ad ultimarum syllabarum quãtitates fore proficua duxeris cum ex nostris paßim primordiis tum ex aliorum, qui me ut diffusius ita fortassis eruditius de sylla. quantitatibus scripsere d ocuminibus facillime colliges. Præterea ex uno Prisciani nobilißimi & doctißimi de accentibus uolumine tibi satisfactum iri crediderim, quanq; ex aliis etiãnum

Priscianus

id rei ipſum capere poſſis. Ego tamen unicum tibi, et omnibus bonas literas paululum a limine ſalutantibus, tanq̃ inter eos, qui Horiſticen tractant grammaticen Priſcianum uere principem ita familiarem, peculiarem uotumq; redditum iri concupierim, ut eius de literaria re præcepta longe doctiſſima perinde atque in manu ungues, cognita forent.

TRIGESIMA SECVNDA SECT. DE SYLLABIS AMBIGVIS. ET PRIMO DE PRIMIS AMBIGVIS.

QVONIAM tã ſit ſyllabarũ quãtitatis agnitio confuſa, ut hæc fere tota frequenti magis lectione poetarum, q̃ præceptis comparetur, & maxima ſit in eis, quæ ambiguæ ſunt, ſyllabis difficultas, nempe quod ipſas nemo facile indipiſcatur, niſi qui multorum uatum attente accuratéq; carmina lectitarit, euoluerit, hæcq; memoriæ commendarit, ex re proinde uidetur hunc in locum aliquot ambiguas ſyllabas tam primas, medias, q̃ ultimas. citra tamẽ poetarum uerſuum, quos apud alios reperietis, citationem reponere. Inuenimus itaq; ſtudioſa indagatione ſubſequentes dictiones primas habere ſyllabas ambiguas breuem & lõgã. Adam, Abraham, Atlas, Apulia, Agrippa, Adria, Apricus, Atrides, Atrox, Amineæ, Athrax, atys, aprilis, alia, acis, apluſtre, afannius, adraſtus. Britãnus, Buſyris, Blatero, blax, berylus, bythinus. Cathena,

catholicus, cecrops, cygnus, cyclas, caria, cerimoniæ, cyprus, cupressus, crepida, coralium, cacus, cyane, curetes, cyclops, calo, cedrus, cydon, capetus, cosyra, criticus, creta, cratis, citus in compositione. Diana, didymus, dichar. cheus, daphne, dolon, didius, deorsum, darius, electrum eous, echion. ebur, equicolus, eriphyle. Fabri, fabrilis, fabrico focale fieri. fucus, flabellum. fidennæ, fibræ. Gothus, geometer, ganeo, getulus, gyges, getes, gebenne, gradiuus, glutinor. Hymen, heresis, hyle, hinnulus hydra, hebrus, hydrus. Ichneumon, italus, italia, inuis. Lyceus, lucrinus, lauinium, lapathes, labrum, luceres, lucrum, labicum, lychas, liquor, liquidus. Meotis, miletum, muto, melos, manes, maceror, migro, mesana. Natrix, neriene. Ohe, obex, orion. Propontis, pugilar, phydias, pilatus, progne, pulex, pupa, proserpina, philoctetes, putresco, physicus, propello, propino, pugil, palatium, profundo, pachynus, profectus, polycletus, polydamas, pituita, procuro, poples, polypus, propago, peplum pyreneus, pyrene. Quotidie, quadrupes. Rutilius, rhea, reficio, repulit, reperit, rubigo. retro, retulit, reiicio, refert, relatus, reduco, resina, reliquus, rudo, recido. Striges, scyros, simia, syrus, signum, scamander, sycheus, sopitus, saducei, sicilia, sicanus, satricus, sopitus, supremus strigilis, stipendium, stuprum, sylenus, sphæra, smaragdus scrupulum, serus, sera. Tegmessa, Tyrus, Temulentus, Tilia, Tygris, Tethys, Thales, Temetũ, Thymũ Triplex, Troia, Tinea. Vomica, uitrũ, ueternũ, uepres, utroq;, uatricosus, ululo, utrunq;, uatrax, uacillo, uesenus, uibro.

De mediis ambiguis.

ADoris. Amineus. abstemius. allobrox. argumentum. alterius. archimedes. alterni, arietis. annibalis. atalanta. asseuero. archyta. aegeonis. acrisius. academia. affatim. axioma. agragas. amphitrio, aeneis. aquitanus. Busiris. baratrum. butyrum. bistonis. bistonius. bebrycis, bathauus. Cayphas. creatura. cyane. contudit. chelydrus. cyaneæ. cipirus, cephea. cybele. cytherea, chyragra. catylus. chelidonia. calabri. conopeum. coralium. crepida. chorea. cuculus. connubium. cerebrum. Darius. decoris. decoro. decorus. democritus. denarius. dorycus. disciplina. dolopes. dauidis. euripides. eosdem. eadem. edonis. execror. euxinus. euryphile. erythreus. Ficedula. fortuitus. Galilæa. Getulus. Geryonis. Herous. Helia. Heroicus. Hydropicus. Israel. Ioseph. Ilithya. Integra. Ilionea. Illius. istius. ipsius. italia. imbecillus. ludibrium. lugubris. liquefacio. Multiplex. malea. macedo. matricida. mathesis. Nabatheus. Numicius. Neriene. Nereides. Orichalcum. Orionis. Pharaon. Phronesis. Platea. promontorium. phariseus. phæacius. pherecius. podagra. pachinus. phalecus. parricida. peregrinus. polymnia. præputium. pharsalia. pleuresis. parnasius. phenicens, patroclus. porsena. Quotidie. Romphea. rutilius. reliquus. redemit. resina. Socrates. socraticus. sophocles smaragdinus. sidonius, saxonis. sardinia. serapis. scatinia. spectaculum. saphicus. sambuca. seruilius. syracusæ. sasonis. stymphalides. syphacis. Tritonia, Termodon. Ticinus. Triclinium. Temetum. Trigonus terapneus. trinacria. trodes. tepefacio. tenthyra. totius

Taurominitanus. Vbiq;, ubicūq;, ubiuis, unius, uaticanus, uenusinus, ulubræ, urania, uietus, zabulones.

De ultimis ambiguis.

VLtra, rhea, triginta, ria, frustra. Hic, hoc, fac, lac. Caue, uale, calpe fere, apprime, calpe, nisi, mihi, tibi, sibi, quasi, ibi, ubi, cui. ego, ergo, quando, sero ambigo uero, cor, dispar, palus, bis, nescis, possis, tripes, uelis, prodis, dormis. Caput etiam ultimā habere docet, Marcianus ambiguam, quum tamen pleriq; omnes in t finita ultimam longam tradiderint, uerum nunq̃ longare, q̃bus utiq; libentius quam Capellæ accederem, nisi Maronis carmen, ic. Aene. refragaretur. Nam tibi Tymbre caput Euādrius abstulit ensis. hic sane poeta maximus t in caput protēdit, nescierim authoritate, quæ huic maxima fuit, est, eritq;, an solutiori quadam uel licētia uel figura, uel necessitate, aut aliqua ratione alia permotus fecerit illud. Sed profecto ipsum censeo hoc in loco cæsura, & quidem pēthimemeri, iure suo aliorumq; optimorum poetarum uti potuisse. Sæpiuscule nimirum syllabā alioqui breuem hac uidemus ratione produci. Ideo quod inibi poeta sapiētissimus fecit minime demiremini, quādo pluriphariam defendi (si modo princeps, criticorum legibus ligari possit, aut quapiam indigeat defensione) posse constet. Cæterum hic in primis quenq; uestrum uelim admonitum, ne qualibet utatur syllaba ambigue uel in prima uel media uel finali, qua poetas uel classicos hac in parte usos esse indifferenter studiosa indagatione reperimus, & notauimus. In dubium autem ea ꝓpter apud uos uenire non debet, quin ita passim suo tempore

Capella

Maro

pore ſyllabas modo eaſdem breuiter modo producto po ſitas,& a quibuſque doctiſsimis uſurpatas,ſed dubitare plane uos contenderim, ne illi figura licentiam aliqua uſi, aut neceſsitate coacti eiuſmodi ſyllabas ĩ ea quãtitate collocarint. Hic nolim e ueſtigio illorũ uos ueſtigia in aliq̃bus imitaturos, cũ, qd' nõ mihi qd' Maroni, liceat, tũ q̃a uaria eius poſsit uſus & latẽs eſſe rõ. Vtrũq; tamen ſit nobis huiuſmodi ambiguas uocularũ ſyllabas ꝑmiſcue idiſtincte, breuiter & incõdite, ſeruata tamen, quoad potuimus, literarũ primarũ ſerie, fortuito lectiõis ordine, ut quæq; dictio inter legẽdũ obuiã uenit, uel eo collegimus, qd' ꝑ tpe uerſificaturi eas quaſi ex literarũ penu recipere poteritis. Scio eñi pluſculos in his errare, nec habere ſemper in memoria poetarũ carmina quæ hic obmiſimus ne tẽps ipm (qd' mihi ſucci ſiuũ mõ eſt) nos deficeret. Si q̃s nudis non cõtentus fuerit uocabulis laborioſe lactitet, cõtinuoq; uoluat authores, tum offendet, qd' notauimus, ſuãq; nobis fidẽ facile hac in re obſtringet. Eſt nunc ad incœpta redeundum.

TRIGESIMATERTIA SECTIO DE *aliquibus dictionibus, quæ uti ſignificatu, uoce tamen ſimiles, ita quantitate diſcrepant admonitio.*

EXHIBITIS *ac commoſtratis huiuſq; ambiguis dictionum ſyllabis nuda noium ratione ſupereſſet modo quæpiam in medium adducere de aliq̃bus*

in literis similibus uel prolatione, quæ in syllaba, & significatione discrepant. Sæpe quidem diuersitas significati diuersitatem arguit quantitatis & in primis, & mediis ultimisq; syllabis. Erit ergo uersificantibus animaduertendum, ne si syllabam aliquam ambigue poni posse existimarit, in ea ipsa sit aut significati aut partis orationis differentia, qua quantitas ipsa alia & alia reddi possit, ut apis uolatilis primam cor. pro deo long. Acer fortis long. arbor cor. Ara altare produ. stabulum corri. Superesset, inquam, modo ostendere in quibus hoc usui ueniret, nisi a Quintiano præceptore nostro doctissimo illud ipsum iampridem pertractatum in confesso esset. Verum quia nostri non est propositi cuncta, quæ ab aliis ante nos tradita sunt, huc transcribere, haud immerito ad eundem Stoam nostrum uos remiserim. Sufficere idcirco putauerim quæ de syllabarum quantitatibus hactenus diximus. Sin (quod minime negauerim) quæpiam hac in re pertransisse uideor, obmissa apud alios inuenire, nescio copiosius an doctius poteritis, In animo etenim nobis fuit, sub breuitate uobis multa ostendere, ita quidem ut præcepta de syllabarum quantitatibus aliaq; nostra memoriæ uestræ subsidia forent, memoria enim facile, quæ diximus, teneri possunt. Quæ tamen etiamnum maxime futura usui sentietis, si accurate, & fidelitate, qua ipsi isthæc contulimus, legeritis. Verum ne dixerim, ipsi suo temporis indicabitis. Nos sane speramus aut ueritate doctrinarum aut breuitate aut utraque re nulli nos facile locum dare. Quando quidem plerosque qui cum

Quintianus

brevitati indulgerent, obscuros, non paucos, qui ubi omnia vellent congerere, superflua suggessisse compererim. Sicuti videre est apud illos. Quis enim ignorat non tam scite q̃ adfatim syllabometriam dedisse vel inter latinos solum, & eos quidem fere recentiores. Terentianum, Bedam, Iouium, Pontanum, Perotum, Omnibonum, Politianum, Petrum Crinitum, Maturantium, Vallam Siculum, Mancinellum, Sulpitium, Nicolaum Ferretum, Franciscum Nigrum, Georgium Vallam, Antonium Nebrissensem, Cantalicium, Spauterium, Barzizium Brixianum, Nestorem, Pyladem Brixianum, Benedictum Philologum, Aldum Manutium, Bebelium Glareanum, & alios cōplures, quos sigillatim recēsere superuacuū foret. Nō tamē obmiserim unicū Quītianum Stoā p̄ceptorē meum aliquātisper in māsuetioribus literis nunq̄ pœnitēdū. q adeo oīa adamussim, quæ hoc ip̄m cōcernunt negotium, executus est tanq̄ ubertim, ut putem, hoc a uobis lecto reliquos pene uniuersos esse lectos. Is quandoquidem post alios scribēs nihil obmīsit, quod cæteri tradiderunt, imo quæ alii perperam docuere ab eo sunt uel mutata uel emunctiora reddita. Adde hunc, Mariniano Becichemico more, suo (quod aiunt) Marte ac lectionis sedulitate pluscula (qđ Manutius quoq; fidelissime fecit) adiunxisse. illis uelim omnibus hæc nostra p̄cepta cōferenda, & sperarim, facta citra inuidiā collatione, ea haudquaq̄ passura repulsam. Restat modo carminum conficiundorum rationem (ut p̄posui) pro uirili, maiore tamen studio quam eruditione, adaperiam.

Qui scripserunt de quātitatibus

Quintianus

Becichemus

Manutius

TRIGESIMA QVARTA SECTIO de Hexametro carmine componendo.

QVONIAM hexametrum, quod sæpe heroicum fit, principem habere locũ meruerit, recte facturus sum, si eius primo faciundi copiam monstraro. Aduertat proinde, musarum cultor carmẽ hexametrum sex habere regiones uel loca, in q̃. quatuor primis locis iam spondeum, iam dactylum citra discrimẽ, in q̃nto solũ dactylũ uel rarẽter spõdeũ, ĩ sexto semper spõdeũ, aut trocheũ (q̃a in oĩ metro ultima syllaba indifferẽs nunc breuis nũc lõga esse põt) uẽdicare. Quã q̃, qđ pluribus incedit dactylis uenustius utiq; habeatur. Si uero (qđ quãdoq; apud poetas ex licentia reperietis) alios hoc in carmine pedes inueneritis, nõ confestim qđ raro fit legis loco habendum ducite. Põt et hoc carminis ipm adpellari dactylicum a dactylo, heroũ ab heroo pede, epos ab ἔπος, deliacum a delio Apolline. pythicum a pythone serpente. Exemplum est sectiõis Vergi. y. Aene. Haud eq̃dẽ sine mẽte reor sine numie diuũ.

Haud equi dem sine mentere or sine numine diuũ.

Dactylicum

TRIGESIMA QVINTA SECTIO de ornatu hexametri.

NON suffecerit, qui in poetica nomen habere uelit scire, quibus pedibus carmen absoluatur, sed et necessarium est cognoscere, ut carmen suis pedibus, decen

tiq; incessu ingrediatur. Haud igitur errabo, si quæ uel huic soli carminis generi uel aliis etiamnum dignitatem ornamentumq; afferunt, commonstraro. Carmen compositurus, & uelocitatem aliquam descripturus uel solis uel saltem multis utatur dactylis. Verg. Aenei. ii. Describens Hectorem in somnis admonentem Aeneam, ut ex Troia fugeret ilico. Heu fuge nate dea, teq; his ait eripe flammis. idem in eodem. Turris lapsum reddens, cõuellimus altis. Sedibus, impulimusq; ea lapsa repente ruinam incidit. Sic contra grauitatem depicturus utatur spondeis. Virg. ii. grauiter inducens Aeneam Carthaginenses admirantem. O fortunati quorum iam mœnia surgunt. idem in. ii. Aenei. Aeneam extrema Priami fata narrantem sic inducit (loquitur autem de Hecuba senem Priamum ab armis prohibente) Sic ore effata, recepit ad sese, & sacra longæuum in sede locauit item si strepitum uel alium adfectum, facite uerba rei similia sint. Maro. Aenei. viii. Sonantem equorum cursum depingens ait quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. idem. ii. Aenei. De bello & prælio canens Nunc & Myrmidonum proceres phrygia arma tremiscunt. Et ad hunc ornatum exprimendum oppido conducet litera. r. quæ præsefert indignationem, gratiã item carmini adfert, cum ultima unius dictio, in alterius principio repetitur Vergil. Aeg. Certent & cygnis ululæ sit Tytirus Orpheus, Orpheus in syluis, inter delphinas Arion, & est anadiplosis. item quando dictio principii uersus in fine quoq; ponitur Verg. i. Ae. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. itẽ ubi

Anadiplosis

dictio cum adfectum repetitur · Verg. in Aene · Italiã, Italiã primus cõclamat Achates · itẽ cũ in uno carmine singulis noĩbus sua redduntur Epitheta ut terra grauis nemus umbrosum, nix alba, ferox lis. Sed iis, uti Rhetoricis coloribus, rarenter utendum censet scodrẽsis noster. item si unam dictionem sæpe in principio posuerimus. ut Ver. in Aen. Nate meæ uires, mea magna potentia solus Nate patris summi. item cu; res rei opponitur ut pes pede cõiunctus, mucro mucrone, uiro uir. Exornãt pariter carmĩ cõparatiões. Verg. Aen. iiii. De Aenea, q̃ nullis Didonis precibus moueri poterat. Ac ueluti annosã; ualido cum robore quercum, Nunc huc, nunc illuc. itẽ multæ aliquãdo cõiunctiones carmẽ illustrare uidẽtur. Ver. iii. Geor. Spẽq; , gregẽq; simul, iunctãq; ab origie gentẽ. Geor. iiii. Mores, et studia, & populos, et p̃lia dicã. Sunt & alii hoc in carmine splẽdores, quos q̃sq; uel p se uel ducibus aliis studiosa uersuum lectiõe facillime colligere potest. Sufficit ex tẽpore illa adposuisse.

Scodrensis

TRIGESIMASEXTA SECTIO

De uitiis hexametri.

SI QVE pulchra sunt i carmie hexametro diximus, cõgruẽs erit, quæ turpia sunt breuiter subiũgere. Primũ igitur uitiosu; est, si carmẽ oĩ caruerit cæsura ut est. Sydera cœlum, tellus, hordea, carbasa fluctus. itẽ cũ eadẽ syllaba in pricipio duarum uel trium subsequẽtium dictionũ collocatur. Ver.

Aen.ii. Casus Cassandra canebat. Sunt q̄ uitiosum esse dicunt carmē q̄d in monosyllabā finitur, sed magni poetæ non undequaq; obseruarunt. Hora.li.i. Sat.ix. Nūc hoīem si uelles tradere dispeream nī, id q̄d millies apud eundem ferme reperimus. Verg. quoq; non refugit .iiii. Geor. Vsq; adeo obnoxi non cedere, dum grauis aut hos idem in eodem. Martius ille aeris rauci canor increpat, & uox. & sæpicule alias. Sunt etiamnum q̄ carmē reprehendunt in cuius fine sunt duæ bisyllabæ dictiōes. Ver. x. Aen. Pilūnusq; illi quartus pater, et tua larga. idē i eo dē, Nūc manet īsontē grauis exitus aut ego ueri Inuenies et hoc ab aliis nō ubiq; seruatū, et si sæpicule ob id me a Quītiano Stoa nostro reprehēsum meminerī, recte ne ipse uiderit. Fugiēdū quoq;, ne multæ dictiōes ab una litera īcipiāt. ut O tite tute tati tibi tāta tyranne tulisti. Aut ēt ī una terminēt. Luca. Et sæuo duro ī bello multo optimus hostis. Cice. O fortunatā natā me consule Romā. Quod carminis repetit Iuuena. ī sa. ingens Tullio minus potuisse ridēda, ut hoc fuit poemata, q̄ diuinas Philippicas nocere, nimirū quas ī culpa fuisse ait ut ab eloquentiæ principe sumptum sit supplicium. itē uitiosus est uersus, si sæpius concurrunt uocales ut. improbe amor conuerte animi indignātia habenis. item uitiosum & illud carmen, cuius medium hoc est semiquinaria cæsura cum extrema uersus syllaba aut altera cæsura respōdet. Hora. li. i. ad lolium. Inuidia siculi nō inuenere tyrāni. Hoc ipm uitii Aldus oīno uitādū monet, & eius generis carmina (quæ appellātur leonina) inculta et incrudita censet. Verum cui ego refragās.

Quintianus

Tullius

Iuuena.

eiusmodi uersus (absit modo inculta ac ridicula quædã & inanis affectatio) ꝓ tẽpore, si raro eueniẽt usu, satis pulchra, & speciosam quãdã uenustatẽ, legẽdiq; iucunditatẽ ꝑ se ferre uideri, quos q; uel hoc minus oĩ ex pte reprehensibilis duxerim, qđ inter alios nõ triuiales poetas Maronẽ sapientissimũ, simulq; doctissimum uatẽ hoc carminis genere frequẽtius usum inuenerim. Is nãq;. iii. Aen. ait. Nunq̃ deĩde cauo uolitãtia prendere saxo. idẽ in eodem principio italiam, quã tu iam rere ꝓpinquã, in eodẽ. Hic helenus cæsis primum de more iuuencis. in eodẽ. Ergo ubi delapsæ sonitum per curua dedere. in eodẽ Plena per insertas fundebat luna fenestras. Sed qđ soli lumen? Consuerunt poetæ illiusmodi terminationẽ frequenter usurpare, quoties sua substãtiuis ꝓpria reddũt adiectiua, quæ epitheta dicuntur. Tum sane nihil mihi hoc carminum genere splẽdidius (modo ne qđ nimis) conspici solet. Verg. iii. Geor. Et cantu querulæ rũpunt arbusta cicadæ. idem. ii. Geor. Alba nec Assyrio fucatu lana ueneno, idem. xii. Aenei. Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro. Sunt & alia, quæ uideri possunt ornamenta, si minus crebro sint obuentura.

TRIGESIMA SEPTIMA SECTIO de pentametro componendo.

PEntametrum, quod cum hexametro coniunctum plerunq; elegiacum reddit, quodq; uix unq̃ separatũ reperitur, quinq; regionibus seu locis construitur, unde & nomen ei datum est. In duobus primis indifferenter

uel duos dactylos, uel duos spondeos, uel dactylum cũ spondeo, uel cum dactylo spondeum, & syllabam longã, quã semipedẽ primum dicunt, sibi usurpat. In duobus uero sequẽtibus locis semper duos dactylos cum superabundãte syllaba, quæ secundus semipes uocatur, exposcit. Quo fit ut duæ syllabæ superabundãtes unũ efficiãt pedẽ, ut numerus pedum cõpleatur. Ouid. ii. fast. Garrulus in primo limine riuus erat. idem in eodem. Vellera pertimuit sustinuitq; manum. Huius sectionis exemplum hunc in modum pone.

Garrulus inpri mo limine riuu e rat.

Fabio tamen Quintiliano uideo magis placuisse, ut primus & secundus pes poneretur indifferẽs dactylus aut spondeus, & tertius spõdeus, ita ut prima spõdei syllaba esset dictionis pcedẽtis ultima, ea pter si inueniat, quãdoq; breuis posse cæsura semiquinaria defendi. uerum quartus & quintus semper anapesti. Eius exẽplum est. Nil mihi rescri bas at tamen ip se ueni.

Ego tamen priorem scandendi rationem uti faciliorem magis pbarim, quãuis et alterã minime repudiarim. Nolo subinde uos latere hoc plerunq; carmine defunctorum laudes decãtare, lamẽtatiões q; et epitaphia scribi cõmodeq; posse, ut in uetustissimis uidere est monumẽtis.

DVODEQVADRAGESIMA SECTIO de pentametri ornatu.

HABET & pentametrum suos & nõ pauciores in se ornatus quam hexametrum. Sane decorum in

dicari solet pentametrum, in quo prima cæsura medii cũ ultima carminis in terminatione syllabæ conuenerit. Ouid.ii.fast. Exta pa rant medi as sole te nenteui as. idem in eodem Vincere Quintilios non potuisse suos. id quod maxime in ea collaudo terminatione, quæ ex epithetorum cum substantiuis suis redditione prouenire consueuit, quem nimirum ad hunc modum ornatas pentametro magis quam hexametro peculiarem duxerim; me illi frequentiam tam cito, uti huic uitiosam fore, quã quod in utroque saturitatem, & curiosam eius decori adfectationem, uel Scodrense meo præcipiente, uitandam

Scodrensis

censuerim. Si est, qui hoc in carmine sibi uelit imitatorem præsto dederim Nasonem illum ingeniosissimum;

Ouidius

quem huius ego carminis unicum fuisse magistrum & artificem non credere non possum, adeo ad unguem inibi omnia absoluit, & si elegiacum plane reddit. Argumento erit de tristibus liber, ac Heroidum, quo in eo scribendi genere nihil absolutius. De iis hactenus, est pariter huic carmini splendor alius, ut pote, quando post cæsuram primam trisyllaba dictio, mox duabus syllabis sequentibus ponitur. Ouid.i.fast. Tota patet dempta ianua nostra sera. Item quoties ultima dictio carminis duarum fuerit syllabarum, uelut in prædictis exemplis. item si post eandem cæsuram sequatur bisyllaba dictio, deinde trisyllaba. Ouid. in Helena ad pa. Rustica iudicio nostra querela tuo. idem.i.fast. Nomina de lucis græca tulisse manu. item si eo ad finem dictio quinque syllabarum ponitur Marcialis libro.i. Epigramma ad Flaccum. Talis erat dices noster Am-

zonicus. Id quòd in funeris alicuius planctu, uel amoris quærimonia Propertiano more, a plerisque seruari uideo.

VNDEQVADRAGESIMA SECTIO *de uitiis pentametri.*

QVEMADMODVM *sua, & quidem peculiaria sunt pẽtametro decora & ornamenta, ita & huic etiam nunc uitia insunt sua. Illud sane uitiosum perhibuit doctissimus meus in oratoria & poetica pariter arte præceptor Marinus Becichemus, acri profecto & prudenti iudicio censor, quod multas collisiones admitteret, præsertim eclypsim. Naso. i. fast. Verbaq; honoratus libera prætor habet. idẽ in eodem. Causa pudenda quidem est, sed tamen apta deo. Verum qs isthæc tãto poetæ & pene in millibus uersibus, quæ uel semel aut iterum usu uenere uitio uertet? quũ; paucis se offendi maculis Horatius ille, ubi ĩ carmine multa niterent, nec irasci dixerit. Cæterũ nõ itidem in modico iudicarim cuiusque epigrammate, ubi uitio non confestim dandam uolunt ueniam, quando quidem inibi humana cauere natura commodissime possit, & inde incuria, qua plerunque errores committimus, procul abesse debeat. Ea ꝓpter longe aberrant, qui sibi in uili quodam edyllio mox licere arbitrãtur, quod uel Vergilio uel Ouidio aut alteri horum simili in immenso opere, uel suo aliquando iure licuit, Homerum*

Marinus

Homerus

nempe illum inter græcos poetas excellentißimum et optimum quandoq́;. Et Demosthenem apud eosdem græcos oratorem incomparabilem nõnunq̃ dormitasse Cicero minime miratus est, siquidem operis eos magnitudinẽ defensare censuit, quodq́; Flacco placuisse uideo, quum operi longo fas esse obrepere somnũ admonuerit. Hactenus expaciati sumus ad cœpta nunc redeamus. Putat et hoc ipsum Marinus, de quo paulo ante indecorum in omni epigrammate elegiaco tam in hexametro q̃ pẽtametro fugiendum, licet in illo minus quam in hoc poetas ipsum seruare uiderim. Aiunt quoq́; indecorum esse, quando a pentametro sensus in hexametrum sequens tẽdit quod rarißime apud poetas, attamen apud Ausonium, qui nunc mihi in manu non est, nec eius proxime poemata uidi nec legi, me legisse memini. Item si post primam cæsuram fuerit syllaba in synalepham cadẽs. Catullus nec desistere amare omnia si facies, Idem Iuppiter ut telorum omne genus pereat. Item si carmen prosæ erit simile. Idem Catullus. Qui modo qui me unum atq́; unicum amicum habuit Qua ratione docuit idem ille doctor noster Marinus dictum fuisse Catullum ab antiqs duriusculum, non autem, ut pleriq́; omnes fere putarũt propter pedis, temporumq́; permutationem, qua nimirum ratione omnes poetæ, & qdem maxime quiq́; in omni metri genere duriusculi forent, quod sane perquã ridiculum esset dicere. Nam (ut redeam ad ꝑpositum) in Catullo prima cæsura orationis partem non perfecit. Vnde Terentianus illud carmen reprehendit inter nostros gentilis aberrat equus. Item quãdo ultima cæsura

Demosthenes

Catullus

Duriusculus

erit monosyllaba ut illinc flent Triades sic flet hamadri as hinc, Quintianus noster & illud esse inornatum pentametrum dicit qd' in penul. syllaba ppter mutam & liquidã habet breuẽ. Id qd' ego uel doctissimos haud undequaq; seruasse cõperio. Marcialis li. ix. In philomusũ; Cernite, quam plus sit Cæsaris esse patrẽ. Idem li. viii. de spectaculo scæuolæ. Funus amat, totis pascitur illa sacris. Apud Ouidium tamẽ rarẽter inuenies, ex quo Quĩtilianum cõcinasse regulã crediderĩ. Et hæc de hexametro & pentametro sufficiant. Quãq; & alia plusculã quæ inibi fugere, quæq; sequi ac facere quẽpiam oporteat dicere possem, attamen cum otium non suppetit, & incommoda usq; adeo angor ualetudine ut uox faucibus modo hæreat, prætermittenda existimo. Interim admoneo, uobis in hisce duobus carminum generibus semp inter cæteros Maronem & Nasonem in exemplo ppõnatis, illum heroici, hunc elegiaci carminis longe principem. Sequenti subinde lectione uidebimus, sint ne alia carminum genera, quibus uti scitu & factu dignis poetæ classici usi sint.

Stoa

Maro.
Ouidius

SECTIO .XL. DE OMNIBVS CARMINŨ GENERIBUS, QBUS F. HORATIUS USUS EST.

LICET abunde a nobis negotio satisfactum putaram, si cunctis (ita enim crediderim) quæ uel ad poeticen ipsam uel ad construenda metra pertinere uiderentur, ea qua potui diligentia serua-

to suo ordine, digestis duorum carminum generum iter cætera usitatiorũ rõnẽ daturus essem maxime, q𝔡 pleriq; fere oẽs nostra etate adulescẽtes et poetæ iis duobus carminũ generibus cõtenti ad cætera minime adspirarẽt. Attamen quo pleniorem meæ erga nos humanitatis fidem et fidelitatis testimoniũ ostenderem libuit & illis (ꝙꝗ labore et opera idiguerit) subnectere rõnes oium carminum & odarum, q̃bus Horatius Flaccus (quem inter lyricos solum legi dignum Fabius testatur) i q̃nq; odarũ libris usus cõmemoratur. Carminũ uero modi, quibus ille usus fertur a Diomede·xix·recẽsentur, quos ꝓ uirili eo traditurus sum ordine, quo (nisi fallor) dari poßint, nec meliori nec digniore. Notet igit̃ tyro carminũ cõdẽdorũ studiosus odarũ Hora·

Flaccus

PRIMVM·

coriabicum asclepiadeum

GEnus esse monocolon, & dici coriambicum asclepiadeũ, tetrametrum cõstãs spondeo, duobus coriãbis & pyrrichio ita -- -υυ- -υυ- υυ quo genere Flaccus tres cecinit odas li·i·ode·i·

Mecœnas atauis edite regibus·

li·3·o·30· Exegi monumentum ære perennius·

4· 8· Donarem pateras grataq; commodus

SECVNDVM·

EST dicolon tetrastrophõ, primi·n·tres uersus sunt dactylici pẽtametri, saphici, cõflatur trocheo, spõdeo, dactylo, et duobus trocheis ita -υ -- -υυ -υ -υ QVartus uersus est adonicus & cõstat dactylo & spõdeo ita -υυ -- quo metro scripsit·xxyi·odas·

1· 2· Iam satis terris niuis atq; diræ

1· 10 Mercuri facunde nepos Atlantis

1. 12 *Quem uirum, aut heroa lyra, uel acri*
1. 20 *Vile potabis modicis Sabinum.*
1. 22 *Integer uitæ, ſceleriſq; purus*
1. 25 *Parcius iunctas quatiunt feneſtras*
1. 30 *O Venus regina Cnidi, Paphiq;*
1. 32 *Poſcimus ſi quid uacui ſub umbra*
1. 38 *Perſicos odi puer apparatus*
2. 2 *Nullus argento color eſt auaris*
2. 4 *Ne ſit ancillæ tibi amor pudori*
2. 6 *Septimi gades aditure mecum*
2. 8 *Illa ſi iuris tibi peierati*
2. 10 *Rectius uiues Lycini, neq; altum*
2. 16 *Obitum diues rogat in patenti*
3. 8 *Martiis celebs quid agam calendis*
3. 11 *Mercuri nam te docilis magiſtro*
3. 14 *Herculis ritu modo dictus o plebs*
3. 18 *Faune nympharum fugientum amator*
3. 20 *Non uides quanto moueas periclo*
3. 22 *Montium cuſtos, nemorumq; uirgo*
3 27 *Impios parræ recinentis omen*
4 2 *Pindarum quiſquis ſtudet æmulari*
4 6 *Diue, quem proles niobea magne*
4 11 *Eſt mihi nonum ſuperantis annum.*
5 18 *Phœbe. ſyluarumq; potens Diana.*

Nō poſſū hic nō mēiniſſe cōtrouerſiæ cuiuſdā a nōnullis italis et illis q̄dē a literis terſioribus mīme alienis aduerſus me Mediolāi adhuc agētē. nimirum neminē p̄terit ſaphicum carmen ſemper in tertia ſede dactylum recipere. Contendebant illi primam huius dactyli ſylla-

bam omnino fore debere ultimam præcedentis dictio-nis ideſt cæſuram facere penti·uelut in hoc Horatiano· Debita ſparges lachryma fauillā·ideoq; me lapſum in tumulo quē adulēſcēs nuper tumultuarie in obitum Baptiſtæ Mantuani luſeram quippe quod primam dactyli in penultima dictionis præcedentis poſuiſſem, peride atq; a nullo unq̄ recepto factitatum eſſet. Sed demiror (ut tunc quoq; non modo ſubmirabar ſed uel ſuccenſebam) cur mihi uitio uertere auſi fuerit, quod toties uel ab Horatio in eo carminis genere laudatiſſimo poeta factum ſit, is profecto lib·i·ode·x·ita cecinit Mercuri facunde nepos Atlantis·in eadem ode nuntium, curuæq; lyræ parentem·in eadem ſedibus uirgaq; leuem coerces. li·i·ode·xxy·Thracio bacchante magis ſubinter, in eodem ode.xxx·O uenus regina gnidi Paphiq;·li·ii· ode quarta·Teſſalo uictore, & ademptus hector & ſæpiſſime apud doctiſ· Marcialē. Verum ſuffecerit puto hæc paucula pro noſtra defenſatione in medium tuliſſe, quo pariter pleroſq; monuerim non ſemper ſuccumbere eum qui ab uno & altero reprehenditur· Vides enim quam citra omnem rationem in nos illi inuecti ſint·tamen non diffitebor ſi ultima dictionis primam dactyli & cæſurā fecerit, plus carmini nitoris acceſſurū, frequentius quoq; ab eruditis cuſtodiri·

TERTIVM·

Eſt dicolon diſtrophon·Primus nanq; uerſus eſt coriambicus gliconicus trimeter·Spondeo conſtans, coriambo & pyrrichio in hunc modum -- -uu- uu ſequens eſt aſclepiadeus, coriambicus, tetrameter, acatalecticus

Eticus constans spōdeo, duobus coriambis, & pyrrichio uel iambo ita – – –uu– –uu– uu *ubi scias posse ultimum coriambum cum pyrrichio in duos dactylos transformare, eritq; scansu facilius. præterea nota in omni metro ultimam syllabam metri esse indifferentem nec referre si fuerit breuis, & si ex arte lōga esse debuerat & econtrario. Hoc genere scripsit odas. xii.*

1. 3: *Sic te diua potens cypri*
1. 13. *Cum tu lydia Telephi*
1. 19 *Mater sæua cupidinum*
1. 36 *Et thure & fidibus iuuat*
3. 9 *Donec gratus eram tibi*
3. 15 *Vxor pauperis ibici*
3. 19 *Quantum distat ab inacho*
3. 24 *Intactis opulentior*
3. 25 *Quo me Bacche rapis tui*
3. 28 *Festo quid potius die*
4. 1 *Intermissa Venus diu*
4. 3 *Quem tu Melpomene.*

QVARTVM.

Est dicolon distrophon. primus uersus est dactylicus, archilochius, tetrameter & conficitur e quatuor primis pedibus spondeis uel dactylis indifferenter deinde tribus trocheis uel spondeo sic –uu –uu – – –uu –u –u – – *Secundus est archilochius, cōstans ex iambo uel spondeo, iambo, & syllaba. Deinde tribus trocheis uel ultimo spondeo ita* u– u– – – – –u –u – – *Hoc genere Flaccus scripsit unam oden quartam uidelicet libri primi.*

Soluitur acris hyems grata uice ueris & fauoni
Trahuntq; siccas machinæ carinas.

QVINTVM.

TRicolon tetrastrophon, primi duo uersus sunt asclepiadei coriãbici ut supra Mecœnas atauis. Tertius pherecratius heroicus trimeter acatalecticus e spõdeo, dactylo, et spõdeo cõstãs sic -- -uu -- Quartus gliconicus, ut est, Sic te diua potens cypri -- -uu uu hoc genere septem cecinit odas.

1. 5 Quis multa gracilis te puer in rosa
1. 14 O nauis referent in mare te noui
1. 21 Dianã tenere dicite uirgines
1. 23 Vitas hinuleo me similis cloe
1. 7 Quid fles asterie quem tibi candidi
3. 13 O fons blandusiæ splendidior uitro
4. 13 Audiuere Lyce di mea uota di.

SEXTVM.

DIcolõ distrophõ, tres primi uersus sunt asclepiadei coriãbici ut mecœnas atauis. -- -uu -uu uu Quartus ẽ gliconicus ut Sic te diua potẽs cypri ita -- -uu- uu quo genere scripsit odas nouem.

1. 6 Scriberis uario fortis & hostium
1. 15 Pastor cum traheret per freta nauibus
1. 24 Quis desyderio sit pudor aut modus
1. 33 Albi ne doleas plus nimio memor
2. 12 Nolis longa ferre bella Numantiæ
3. 10 Extremum Tanaim si biberes Lyce
3. 16 Inclusam Danaen turris Aenea
4. 5 Diuis orte bonis optime Romule

4. 12 *Iam ueris comites, quæ mare temperant,*

SEPTIMVM

DIcolon distrophon primus uersus est heroicus exameter catalecticus i duas syllabas, sex cōstās pedibus dactylo et spōdeo idifferēter in oibus locis, et si i quīto quādoq; spōdeus ponitur, et i sexto dactylus, ubi ēt nōnunquam pro spondeo trocheus admittitur ita --

-vv -- -vv -vv --

Secundus est dactylicus alcmanius, tetrameter catalecticus, habēs quatuor ultimos pedes heroici uersus sic.
-vv -vv -vv -- Hoc genere tres cecinit odas.

1. 7 *Laudabūt alii clarā, Rhodon aut Mitylenen,*

. 28 *Te maris & terræ, numeroq; carentis harenæ*

. 12 *Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris.*

OCTAVVM.

DIcolon distrophon, primus uersus est coriambicus monometer aristophanius coriambo & amphibracho siue bacchio constans. -vv- v--
[Se]cundus coriambicus trimeter sapphicus epitrito secū[d]o, duobus coriambis & amphibracho siue bacchio con[st]ans sic -v-- -vv- -vv- v-- Quo genere [ea]den unam scripsit.

8 *Lydia dic per omnes.*

NONVM.

TRicolon, tetrastrophon, primi quoq; duo uersus sūt dactylici alcmanii acatalectici qui constāt ex penthimemeri iambica .i. iābo uel spondeo iambo & syllaba, quæ dicitur cæsura. Deinde duobus dactylis, uel ultimo amphimacro sic. v- v- - -vv -vv

dictio cum adfectum repetitur. Verg. in Aene. Italiã, Italiã primus cõclamat Achates. itẽ cũ in uno carmine singulis noibus sua redduntur Epitheta ut terra grauis nemus umbrosum, nix alba, ferox lis. Sed iis, uti Rhetoricis coloribus, rarenter utendum censet scodrẽsis noster. item si unam dictionem sæpe in principio posuerimus. ut Ver. in Aen. Nate meæ uires, mea magna potentia solus Nate patris summi. item cu; res rei opponitur ut pes pede cõiunctus, mucro mucrone, uiro uir. Exornãt pariter carmẽ cõparatiões. Verg. Aen. iiii. De Aenea, q̃ nullis Didonis precibus moueri poterat. Ac ueluti annosa; ualido cum robore quercum, Nune huc, nunc illuc. itẽ multæ aliquãdo cõiunctiones carmẽ illustrare uidẽtur. Ver. iii. Geor. Spẽq;, gregẽq; simul, iunctãq; ab origie gentẽ. Geor. iiii. Mores, et studia, & populos, et p̃lia dicã. Sunt & alii hoc in carmine splẽdores, quos q̃sq; uel p se uel ducibus aliis studiosa uersuum lectiõe facillime colligere potest. Sufficit ex tẽpore illa adposuisse.

Scodrensis

TRIGESIMASEXTA SECTIO

De uitiis hexametri.

SI QVE pulchra sunt i carmie hexametro diximus, cõgruẽs erit, quæ turpia sunt breuiter subiũgere. Primũ igitur uitiosu; est, si carmẽ oi caruerit cæsura ut est. Sydera cælum, tellus, hordea, carbasa fluctus. itẽ cũ eadẽ syllaba in pricipio duarum uel trium subsequẽtium dictionũ collocatur. Ver.

Aen.ii. Casus Cassandra canebat. Sunt q uitiosum esse dicunt carmē q̄d in monosyllabā finitur, sed magni poetæ non undequaq; obseruarunt. Hora. li. i. Sat. ix. Hūc hoiem si uelles tradere disperean nī, id q̄d millies apud eundem ferme reperimus. Verg. quoq; non refugit. iiii. Geor. Vsq; adeo obnoxi non cedere, dum grauis aut hos idem in eodem. Martius ille aeris rauci canor increpat, & uox. & sæpicule alias. Sunt etiamnum q carmē reprehendunt in cuius fine sunt duæ bisyllabæ dictiōes. Ver. x. Aen. Pilūnusq; illi quartus pater, et tua larga. idē i eo dē, Nūc manet isontē grauis exitus aut ego ueri Inuenies et hoc ab aliis nō ubiq; seruatū, et si sæpicule ob id me a Quītiano Stoa nostro rephēsum meminerī, recte ne ipse uiderit. Fugiēdū quoq;, ne multæ dictiōes ab una litera icipiāt. ut O tite tute tati tibi tāta tyranne tulisti. Aut ēt i una terminēt. Luca. Et sæuo duro ī bello multo optimus hostis. Cice. O fortunatā natā me consule Romā. Quod carminis repetit Iuuena. i sa. ingens Tullio minus potuisse ridēda, ut hoc fuit poemata, q̄ diuinas Philippicas nocere, nimirū quas i culpa fuisse ait ut ab eloquentiæ principe sumptum sit supplicium. itē uitiosus est uersus, si sæpius concurrunt uocales ut. improbe amor conuerte animi indignātia habenis. item uitiosum & illud carmen, cuius medium hoc est semiquinaria cæsura cum extrema uersus syllaba aut altera cæsura respōdet. Hora. li. i. ad lolium. Inuidia siculi nō inuenere tyrāni. Hoc ipm uitii Aldus oīno uitādū monet, & eius generis carmina (quæ appellātur leonina) inculta et inerudita censet. Verum cui ego refragās

Quintianus

Tullius Iuuena.

eiusmodi uersus (absit modo inculta ac ridicula quædã & inanis affectatio) p̃ tẽpore, si raro eueniẽt usu, satis pulchra, & speciosam quãdã uenustatẽ, legẽdiq́; iocun ditatẽ p̃ se ferre uideri, quos q́; uel hoc minus oĩ ex p̃tẽ rep̃hensibilis duxerim, q̃d inter alios nõ triuiales poetas Maronẽ sapientissimũ, simulq́; doctissimum uatẽ hoc carminis genere frequẽtius usum iuenerim. Is nãq́;. iii. Aen. ait. Nunq̃ deide cauo uolitãtia prendere saxo. idẽ in eodem principio italiam, quã tu iam rere p̃pinquã, in eodẽ. Hic helenus cæsis primum de more iuuencis. in eodẽ. Ergo ubi delapsæ sonitum per curua dedere. in eodẽ Plena per insertas fundebat luna fenestras. Sed q̃d soli lumen? Consuerunt poetæ illiusmodi terminationẽ frequenter usurpare, quoties sua substãtiuis p̃pria reddũt adiectiua, quæ epitheta dicuntur. Tum sane nihil mihi hoc carminum genere splẽdidius (modo ne q̃d nimis) conspici solet. Verg. iii. Geor. Et cantu querulæ rũpunt arbusta cicadæ. idem. ii. Geor. Alba nec Assyrio fucatũ lana ueneno, idem. xii. Aenei. Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro. Sunt & alia, quæ uideri possunt ornamenta, si minus crebro sint obuentura.

TRIGESIMASEPTIMA SECTIO de pentametro componendo.

PEntametrum, quod cum hexametro coniunctum plerunq́; elegiacum reddit, quodq́; uix unq̃ separatũ reperitur, quinq́; regionibus seu locis construitur, unde & nomen ei datum est. In duobus primis indifferente

uel duos dactylos, uel duos spondeos, uel dactylum cū spondeo, uel cum dactylo spondeum, & syllabam longā, quā semipedē primum dicunt, sibi usurpat. In duobus uero sequētibus locis semper duos dactylos cum superabundāte syllaba, quæ secundus semipes uocatur, exposcit. Quo fit ut duæ syllabæ superabundātes unū efficiāt pedē, ut numerus pedum cōpleatur. Ouid. ii. fast.
Garrulus in primo limine riuus erat. idem in eodem.
Vellera pertimuit sustinuitq; manum. Huius sectionis exemplum hunc in modum pone.
Garrulus inpri mo limine riuu e rat.
Fabio tamen Quintiliano uideo magis placuisse, ut primus & secundus pes poneretur indifferēs dactylus aut spondeus, & tertius spōdeus, ita ut prima spōdei syllaba esset dictionis pcedētis ultima, ea ppter si inuenidt, quādoq; breuis posse cæsura semiqnaria defendi. uerum quartus & qntus semper anapesti. Eius exēplum est.
Nil mihi rescri bas at tamen ip se ueni.
Ego tamen priorem scandendi rationem uti faciliorem magis pbarim, q̄uis et alterā minime repudiarim. Nolo subinde ucs latere hoc plerunq; carmine defunctorum laudes decātare, lamētatiōesq; et epitaphia scribi cōmodeq; posse, ut in uetustißimis uidere est monumētis.

DVODEQVADRAGESIMA SECTIO
de pentametri ornatu.

HABET & *pentametrum suos & nō pauciores in se ornatus quam hexametrum. Sane decorum in*

dicari solet pentametrum, in quo prima cæsura medii cũ ultima carminis in terminatione syllabæ conuenerit. Ouid.ii.fast. Exta pa rant medi as sole te nenteui as. idem in eodem Vincere Quintilios non potuisse suos. id quod maxime in ea collaudo terminatione, quæ ex epithetorum cum substantiuis suis redditione prouenire consueuit, quem nimirum ad hunc modum ornatas pentametro magis quam hexametro peculiarem duxerim, me illi frequentiam tam cito, uti huic uitiosam fore, quã ꝙ in utroque saturitatem, & curiosam eius decori adfectationem, uel Scodrense meo præcipiente, uitandam censuerim. Si est, qui hoc in carmine sibi uelit imitatorem præsto dederim Nasonem illum ingeniosissimum, quem huius ego carminis unicum fuisse magistrum & artificem non credere non possum, adeo ad unguem ibi omnia absoluit, & si elegiacum plane reddit. Argumento erit de tristibus liber, ac Heroidum, quo in eo scribendi genere nihil absolutius. De iis hactenus, est pariter huic carmini splendor alius, ut pote, quando post cæsuram primam trisyllaba dictio, mox duabus syllabis sequentibus ponitur. Ouid.i.fast. Tota patet dempta ianua nostra sera. Item quoties ultima dictio carminis duarum fuerit syllabarum, uelut in prædictis exemplis. item si post eandem cæsuram sequatur bisyllaba dictio, deinde trisyllaba. Ouid.in Helena ad pa: Rustica iudicio nostra querela tuo. idem.i.fast. Nomina de lucis græca tulisse manu. item si eo ad finem dictio quinque syllabarum ponitur Marcialis libro .i. Epigramma ad Flaccum. Talis erat dices noster Ama

Scodrensis

Ouidius

zonicus. Id quod in funeris alicuius planctu, uel amoris quærimonia Propertiano more, a plerisque seruari uideo.

VNDEQVADRAGESIMA SECTIO
de uitiis pentametri.

QVEMADMODVM *sua, & quidem peculiaria sunt pẽtametro decora & ornamenta, ita & huic etiam non uitia insunt sua. Illud sane uitiosum perhibuit doctissimus meus in oratoria & poetica pariter arte præceptor Marinus Becichemus, acri profecto & prudenti iudicio censor, quod multas collisiones admitteret, præsertim eclypsim. Naso i. fast. Verbaq; honoratus libera prætor habet. idẽ in eodem. Causa pudenda quidem est, sed tamen apta deo. Verum q̃s isthæc tãto poetæ & pene in millibus uersibus, quæ uel semel aut iterum usu uenere uitio uertet? quũ; paucis se offendi maculis Horatius ille, ubi i carmine multa niterent, nec irasci dixerit. Cæterũ nõ itidem in modico iudicarim cuiusque epigrammate, ubi uitio non confestim dandam uolunt ueniam, quando quidem inibi humana cauere natura commodissime possit; & inde incuria, qua plerunque errores committimus, procul abesse debeat. Ea ꝓpter longe aberrant, qui sibi in uili quodam edyllio mox licere arbitrãtur, quod uel Vergilio uel Ouidio aut alteri horum simili in immenso opere, uel suo aliquando iure licuit, Homerum*

Marinus

Homerus

nempe illum inter græcos poetas excellentißimum et optimum quandoq;. Et Demosthenem apud eosdem græcos oratorem incomparabilem nõnunq; dormitasse Cicero minime miratus est, siquidem operis eos magnitudinẽ defensare censuit, quodq; Flacco placuisse uideo, quum operi longo fas esse obrepere somnũ admonuerit. Hactenus expaciati sumus ad cæpta nunc redeamus. Putat et hoc ipsum Marinus, de quo paulo ante indecorum in omni epigrammate elegiaco tam in hexametro q̃ pẽtametro fugiendum, licet in illo minus quam in hoc poetas ipsum seruare uiderim. Aiunt quoq; indecorum esse, quando a pentametro sensus in hexametrum sequens tẽdit quod rarißime apud poetas, attamen apud Ausonium; qui nunc mihi in manu non est, nec eius proxime poemata uidi nec legi, ne legisse memini. Item si post primam cæsuram fuerit syllaba in synalepham cadẽs. Catullus nec desistere amare omnia si facies, Idem Iuppiter ut telorum omne genus pereat. Item si carmen prosæ erit simile. Idem Catullus. Qui modo qui me unum atq; unicum amicum habuit Qua ratione docuit idem ille doctor noster Marinus dictum fuisse Catullum ab antiq̃s duriusculum, non autem, ut pleriq; omnes fere putarũt propter pedis, temporumq; permutationem, qua nimirum ratione omnes poetæ, & q̃dem maxime quiq; in omni metri genere duriusculi forent, quod sane perquã ridiculum esset dicere. Nam (ut redeam ad ꝓpositum) in Catullo prima cæsura orationis partem non perficit. Vnde Terentianus illud carmen reprehendit inter nostros gentilis aberrat equus. Item quãdo ultima cæsura

Margin notes: Demosthenes; Catullus; Duriusculus

erit monosyllaba ut illinc flent Triades sic flet hamadri as hinc, Quintianus noster & illud esse inornatum pen tametrum dicit qđ in penul. syllaba ꝑpter mutam & li quidā habet breuē. Id qđ ego uel doctissimos haud un dequaq; seruasse cōperio. Marcialis li.ix. In philomusu; Cernite, quam plus sit Cæsaris esse patrē. Idem li.yiii. de spectaculo scæuolæ. Funus amat, totis pascitur illa sa cris. Apud Ouidium tamē rarēter inuenies, exquo Qui tilianum cōcinasse regulā credideris. Et hæc de hexame tro & pentametro sufficiant. Quāq; & alia pluscula quæ inibi fugere, quæq; sequi ac facere quēpiam opor teat dicere possem, attamen cum otium non suppetit, & incommoda usq; adeo angor ualetudine ut uox fauci bus modo hæreat, prætermit tenda existimo. Interim ad moneo, nobis in hisce duobus carminum generibus semp inter cæteros Maronem & Nasonem in exemplo ꝓpo natis, illum heroici, hunc elegiaci carminis longe princi pem. Sequenti subinde lectione uidebimus, sint ne alia carminum genera, quibus uti scitu & factu dignis poetæ classici usi sint.

Stoa

Maro

Ouidius

SECTIO .XL. DE OMNIBVS CAR minū generibus, qbus. F. Horatius usus est.

LICET abunde a nobis negotio satis factum putaram, si cunctis (ita enim crediderim) quæ uel ad poeticen ipsam uel ad construenda metra pertinere ui derentur, ea qua potui diligentia serua

to suo ordine, digestis duorum carminum generum iter cætera usitatiorũ rõnẽ daturus essem maxime, qđ pleriq; fere oẽs nostra etate adulescẽtes et poetæ iis duobus carminũ generibus cõtenti ad cætera minime adspirarẽt Attamen quo pleniorem meæ erga uos humanitatis fidem et fidelitatis testimoniũ ostenderem libuit & illis (q̃p̃q̃ labore et opera idiguerit) subnectere rõnes oĩum carminum & odarum, q̃bus Horatius Flaccus (quem inter lyricos solum legi dignum Fabius testatur) ĩ q̃nq; odarũ libris usus cõmemoratur. Carminũ uero modi, q̃bus ille usus fertur a Diomede.xix.recẽsentur, quos p̃ uirili eo traditurus sum ordine, quo (nisi fallor) dari poßint, nec meliori nec digniore. Notet igit̃ tyro carminũ cõdẽdorũ studiosus odarũ Hora. PRIMVM.

Flaccus

coriambicum asclepiadeum

GEnus esse monocolon, & dici coriambicum asclepiadeũ, tetrametrum cõstãs spondeo, duobus coriãbis & pyrrichio ita -- -uu- -uu- uu quo genere Flaccus tres cecinit odas li.i.ode.i.

Mecœnas atauis edite regibus

li.3.o.30. Exegi monumentum ære perennius.

4. 8. Donarem pateras grataq; commodus

SECVNDVM.

EST dicolon tetrastrophõ, primi.n.tres uersus sunt dactylici pẽtametri, saphici, cõflatur trocheo, spõdeo, dactylo, et duobus trocheis ita -u -- -uu -u -u

QVartus uersus est adonicus & cõstat dactylo & spõdeo ita -uu -- quo metro scripsit.xxyi.odas.

1. 2. Iam satis terris niuis atq; diræ

1. 10 Mercuri facunde nepos Atlantis

1. 12 *Quem uirum, aut heroa lyra, uel acri*
1. 20 Vile potabis modicis Sabinum.
1. 22 Integer uitæ, scelerisq; purus
1. 25 Parcius iunctas quatiunt fenestras
1. 30 O Venus regina Cnidi, Paphiq;
1. 32 Poscimus si quid uacui sub umbra
1. 38 Persicos odi puer apparatus
2. 2 Nullus argento color est auaris
2. 4 Ne sit ancillæ tibi amor pudori
2. 6 Septimi gades aditure mecum
2. 8 Illa si iuris tibi peierati
2. 10 Rectius uiues Lycini, neq; altum
2. 16 Obitum diues rogat in patenti
3. 8 Martiis celebs quid agam calendis
3. 11 Mercuri nam te docilis magistro
3. 14 Herculis ritu modo dictus o plebs
3. 18 Faune nympharum fugientum amator
3. 20 Non uides quanto moueas periclo
3. 22 Montium custos, nemorumq; uirgo
3 27 Impios parræ recinentis omen
4 2 Pindarum quisquis studet æmulari
4 6 Diue, quem proles niobea magne
4 11 Est mihi nonum superantis annum.
5 18 Phœbe. syluarumq; potens Diana.

Nō possū hic nō mēinisse cōtrouersiæ cuiusdā a nōnullis ītalis et illis qdē à literis tersioribus mīme alieīs aduersus me Mediolāi adhuc agētē. nimirum neminē pterit saphicum carmen semper in tertia sede dactylum recipere. Contendebant illi primam huius dactyli sylla-

bam omnino fore debere ultimam præcedentis dictionis idest cæsuram facere penti·uelut in hoc Horatiano· Debita sparges lachryma fauillã·ideoq; me lapsum in tumulo quẽ adulescẽs nuper tumultuarie in obitum Baptistæ Mantuani luseram quippe quod primam dactyli in penultima dictionis præcedentis posuissem, peride atq; a nullo unq̃ recepto factitatum esset· Sed demiror (ut tunc quoq; non modo submirabar sed uel succense bam) cur mihi uitio uertere ausi fuerit, quod toties uel ab Horatio in eo carminis genere laudatissimo poeta factum sit, is profecto lib·i·ode·x·ita cecinit Mercuri facunde nepos Atlantis·in eadem ode nuntium, curuæq; lyræ parentem·in eadem sedibus uirgaq; leuem coerces li·i·ode·xxv·Thracio bacchante magis subinter, in eodem ode·xxx·O uenus regina gnidi Paphiq;·li·ii·ode quarta·Tessalo uictore, & ademptus hector & sæpissime apud doctis· Marcialẽ· Verum suffecerit puto hæc paucula pro nostra defensatione in medium tulisse, quo pariter plerosq; monuerim non semper succumbere eum qui ab uno & altero reprehenditur· Vides enim quam citra omnem rationem in nos illi inuecti sint·tamen non diffitebor si ultima dictionis primam dactyli & cæsurã fecerit, plus carmini nitoris accessurũ, frequentius quoq; ab eruditis custodiri·

TERTIVM·

Est dicolon distrophon·Primus nanq; uersus est coriãbicus gliconicus trimeter·Spondeo constans, coriambo & pyrrichio in hunc modum – – –∪∪–·∪∪ sequens est asclepiadeus, coriambicus, tetrameter, acatalecticus

ctius constans spōdeo, duobus coriambis, & pyrrichio uel iambo ita -- -uu- -uu- uu ubi scias posse ultimum coriambum cum pyrrichio in duos dactylos transformare, eritq; scansu facilius. prætera nota in omni metro ultimam syllabam metri esse indifferentem nec referre si fuerit breuis, & si ex arte lōga esse debue rat & econtrario. Hoc genere scripsit odas. xii.

1. 3. Sic te diua potens cypri
1. 13. Cum tu lydia Telephi
1. 19 Mater sæua cupidinum
1. 36 Et thure & fidibus iuuat
3. 9 Donec gratus eram tibi
3. 15 Vxor pauperis ibici
3. 19 Quantum distat ab inacho
3. 24 Intactis opulentior
3. 25 Quo me Bacche rapis tui
3. 28 Festo quid potius die
4. 1 Intermissa Venus diu
4. 3 Quem tu Melpomene.

QVARTVM.

Est dicolon distrophon. primus uersus est dactylicus, archilochius, tetrameter & conficitur e quatuor primis pedibus spondeis uel dactylis indifferenter deinde tribus trocheis uel spondeo sic -uu -uu -- -uu -u -u --. Secundus est archilochius, cōstans ex iambo uel spondeo, iambo, & syllaba. Deinde tribus trocheis uel ultimo spondeo ita u- u- -- - -u -u -- Hoc genere Flaccus scripsit unam oden quartam uidelicet libri primi.

Soluitur acris hyems grata uice ueris & fauoni
Trahuntq; siccas machinæ carinas.

QVINTVM.

TRicolon tetrastrophon, primi duo uersus sunt asclepiadei coriãbici ut supra Mecœnas atauis. Tertius pherecratius heroicus trimeter acatalecticus e spõdeo, dactylo, et spõdeo cõstãs sic -- -uu -- Quartus gliconicus, ut est, Sic te diua potens cypri -- -uu uu hoc genere septem cecinit odas.

1. 5 Quis multa gracilis te puer in rosa
1. 14 O nauis referent in mare te noui
1. 21 Dianã tenere dicite uirgines
1. 23 Vitas hinuleo me similis cloe
1. 7 Quid fles asterie quem tibi candidi
3. 13 O fons blandusiæ splendidior uitro
4. 13 Audiuere Lyce di mea uota di.

SEXTVM.

DIcolõ distrophõ, tres primi uersus sunt asclepiadei coriãbici ut mecœnas atauis. -- -uu -uu uu Quartus ẽ gliconicus ut Sic te diua potẽs cypri ita -- -uu- uu quo genere scripsit odas nouem.

1. 6 Scriberis uario fortis & hostium
1. 15 Pastor cum traheret per freta nauibus
1. 24 Quis desyderio sit pudor aut modus
1. 33 Albi ne doleas plus nimio memor
2. 12 Nolis longa ferre bella Numantiæ
3. 10 Extremum Tanaim si biberes Lyce
3. 16 Inclusam Danaen turris Aenea
4. 5 Diuis orte bonis optime Romule

4. 12 *Iam ueris comites, quæ mare temperant,*

SEPTIMVM

D*Icolon distrophon primus uersus est heroicus examneter catalecticus ĩ duas syllabas, sex cõstãs pedibus dactylo et spõdeo ĩdifferẽter in oibus locis, et si ĩ quĩto quãdoq; spõdeus ponitur, et ĩ sexto dactylus, ubi ẽt nõnunquam pro spondeo trocheus admittitur ita* – –

–∪∪ – – –∪∪ –∪∪ – –

Secundus est dactylicus alcmanius, tetrameter catalectícus, habẽs quatuor ultimos pedes heroici uersus sic.

–∪∪ –∪∪ –∪∪ – – Hoc genere tres cecinit odas.

1. 7 *Laudabũt alii clarã, Rhodon aut Mitylenen,*

1. 28 *Te maris & terræ, numeroq; carentis harenæ*

5. 12 *Quid tibi uis mulier nigris dignißima barris.*

OCTAVVM.

D*Icolon distrophon, primus uersus est coriambicus monometer aristophanius coriambo & amphibracño siue bacchio constans.* –∪∪– ∪– –

Secundus coriambicus trimeter sapphicus epitrito secũdo, duobus coriambis & amphibracho siue bacchio constans sic –∪– – –∪∪– –∪∪– ∪– – *Quo genere oden unam scripsit.*

1. 8 *Lydia dic per omnes.*

NONVM.

T*Ricolon, tetrastrophon, primi quoq; duo uersus sũt dactylici alcmanii acatalectici qui constãt ex penthimemeri iambica. i. iãbo uel spondeo iambo & syllaba, quæ dicitur cæsura. Deinde duobus dactylis, uel ultimo amphimacro sic.* ∪– ∪– – –∪∪ –∪∪

Tertius est iambicus archilochius dimeter hypercatale
cticus constans quatuor pedibus primo & tertio iam/
bo & spondeo · Secundo & quarto duntaxat iābo dein
de superest syllaba ita --. υ- -- υ- υ
Quartus est dactyiicus alcmanius, acatalecticus, cōstās
ex dimetro heroico, & dimetro trochaico idest e duobus
dactylis et duobus trocheis uel ultimo spōdeo ita -υυ,
-υυ -υ -- quo genere odas cecinit · xxxyii ·

1 · 9 Vides ut alta stet niue candidum
1 · 16 O matre pulchra filia pulchrior
1 · 17 Velox amœnum sæpe lucretilem
1 · 26 Musis amicus tristitiam & metus
1 · 27 Natis in usum lætitiæ scyphis
1 · 29 Acci beatis non Arabum inuides
1 · 31 Quid dedicatum poscit Apollinem ·
1 · 34 Parcus deorum cultor & infrequens
1 · 35 O diua gratum quæ regis Antium
1 · 37 Nunc est bibendum, nunc pede libero
2 · 1 Votum ex Metello consule ciuicum
2 · 3 Aequam memento rebus in arduis
2 · 5 Nondum subacta ferre iugum ualet
2 · 7 O sæpe mecum tempus in ultimum
2 · 9 Non semper imbres nubibus hispidos
2 · 11 Quid bellicosus cantaber, & Scythes
2, 13 Ille & nefasto te posuit die
2 · 14 Eheu fugaces posthume posthume
2 · 15 Iam pauca aratro iugera regiæ
2 · 17 Cur me querelis exanimas tuis
2 · 19 Bacchum in remotis carmina rupibus

2. 20 Non usitata nec tenui ferar
3. 1 Odi profanum uulgus, & arceo
3. 2 Angustam amice pauperiem pati
3. 3 Iustum, & tenacem propositi uirum
3. 4 Descende cœlo, & dic age tibia
3. 5 Cœlo tonantem credidimus Iouem
3. 6 Delicta maiorum immeritus lues
3. 17 Aeli uetusto nobilis ab lamo
3. 21 O nata mecum consule Manlio
3. 23 Cœlo supinas si tuleris manus
3. 26 Vixi puellis nuper idoneus
3. 29 Tyrrhena regum progenies tibi
4. 4 Qualem ministrum fulminis alitem
4. 9 Ne forte credas interitura, quæ
4. 14 Quæ cura patrum, quæq; Quiritum
4. 15 Phœbus uolentem prælia me loqui

DECIMVM

Monocolon sunt enim omnes uersus coriambici, alcaici, pentametri acatalectici qui constant spōdeo tribus choriambis, & pyrrichio uel iambo hoc modo – – –υυ– –υυ– –υυ– υυ hoc genere sūt tres odæ

1. 11 Tu ne quæsieris scire, nefas, quē mihi, quē tibi
1. 18 Nullā uare sacra uite prius seueris arborem
4. 10 O crudelis adhuc, et Veneris muneribus potens

VNDECIMVM

Dicolon distrophon, primus quisq; uersus est iambicus, archilochius, dimeter, acatalecticus constans amphimacro & duobus iambis uel ultimo pyrrichio hoc modo –υ– υ– υυ

Secūdus est iambicus archilochius dimeter acatalectus constās e q̄nq; iambis & syllaba, recepto tamē in locis imparibus ēt spōdeo hoc mō υ– υ– υ– υ– υ– υ

Quo genere unam oden scripsit.

2· 18 Non ebur neq; aureum.

DVODECIMVM

DIcolon distrophon, primi quiq; duo uersus sunt ionici a minore sapphici trimetri acatalecti, q̄ cōstāt tribus ionicis a minore, uel ultimo pæone tertio hoc modo υυ–– υυ–– υυ–υ Tertius est ionicus a minori sapphicus, acatalecticus sed trimeter, constans e quatuor ionicis, a minore sic υυ–– υυ–– υυ–– υυ––

Eius generis est una ode.

3· 12 Miserarum est, neq; amori dare ludum.

TERTIVM DECIMVM.

DIcolon distrophon, primus quisq; uersus est heroicus hexameter acatalecticus, qualis est. Laudabunt alii claram Rhodon, hoc modo · –– –υυ –υυ –– –υυ ––

Secundus est dactylus archilochius dimeter hypercatalecticus, cōstās duobus dactylis, & syllaba sic –υυ –υυ – hoc genere est una ode.

4· 7 Diffugere niues, redeunt iā gramina campis.

QVARTVM DECIMVM

DIcolon distrophon, primus quisq; uersus est iābicus hipponactius trimeter acatalectus, cōstās sex iābis recepto tamē i locis iparibus etiam spondeo sic –– υ– –– υ– υ– υυ Secundus est iābicus archilochius dimeter acatalectus, constans e quatuor iambis, rece

pto tamen in locis iparibus ẽt ſpondeo hoc mõ ⏑– ⏑– –– ⏑⏑ Quo genere ſunt ode.x,

S. 1 Ibis liburnis inter alta nauium

S. 2 Beatus ille, qui procul negotiis

S. 3 Parentis olim ſi quis impia manu

S. 4 Lupis & agnis quanta ſortito obtigit

S. 5 At o deorum quiſquis in cœlo regis

S. 6 Quid immerentis hoſpites uexas canis

S. 7 Quo quo ſceleſti ruitis, aut cur dexteris

S. 8 Rogare longo putidam te ſeculo

S. 9. Quando repoſtum cæcubum ad feſtas dapes

S. 10 Mala ſoluta nauis exit alite.

QVINTVMDECIMVM.

DIcolõ diſtrophon, primus eñi uerſus eſt iãbicus hipponactius trimeter acatalectus, qualis ibis liburnis ut ſupra ſic –– ⏑– –– ⏑– ⏑– ⏑⏑

Secũdus eſt ſapphicus cõſtãs pẽthimemere heroica & dimetro iãbico.i.e duobus dactylis, & ſyllaba, deinde ex quatuor iãbis, recepto tamẽ in locis imparibus etiam ſpondeo hoc modo –⏑⏑ –⏑⏑ – ⏑– ⏑– –– ⏑–

Vnica eſt ode eius generis

S. 11 Pecti nihil me ſicut antea iuuat.

SEXTVM DECIMVM.

DIcolon diſtrophon, primus quiſq; uerſus eſt, heroicus hexameter catalecticus, qualis ille, Laudabũt alii, ſic –⏑⏑ –– –– –– –⏑⏑ ––

Secundus eſt archilochius conſtans dimetro iambico & penthimemere heroica ideſt e quatuor iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo, deinde e

duobus dactylis & syllaba hoc modo ∪– ∪– –– ∪– –∪∪ –∪∪ – *Quo genere unam lusit oden,*

S. 13 Horrida tempestas cœlum contraxit & imbres

DECIMVM SEPTIMVM

DIcolon distrophon, primus quisq; uersus, est qualis. Laudabunt alii –∪∪ –∪∪ –– –– –∪∪ –– Secũdus iambicus archilochius dimeter, acatalecticus, qualis ille amice propugnacula, sic –– ∪– –– ∪∪ in eo genere sunt duo ode,

S. 14 Mollis inertia cur tantã diffuderit imis

S. 15 Nox erat, & cœlo fulgebat luna sereno.

DECIMVM OCTAVVM

DIcolon distrophõ. Primus qsq; uersus est, heroicus hexameter hoc mõ –∪∪ –∪∪ –– –– –∪∪ –– Secũdus uero est iambicus, hipponactius, trimeter, qualis ille ibis liburnis inter alta naui, ita ∪– ∪– ∪– ∪– ∪∪ Tametsi in hac ode secundus quisq; uersus constet e solis iambis, quod non semel fecisse Horatium tradunt ut in illo carmine Eamus omnis execrata ciuitas, & nõ est legendum omnes testibus porphirione & Manutio. Quo genere Flaccus unam odeñ cecinit.

S. 16 Altera iam territur bellis ciuilibus ætas.

VNDEVIGESIMVM.

MOnocolon est, Sunt omnes uersus iambis hipponacti, trimetri, acatalecti. Qualis ille ibis liburnis sic –– ∪– –– ∪– ∪– ∪– Huius generis est unica ode quæ est ultima libri quinti incipiens iam iam efficaci do manus scientiæ. Habetis igitur, optimi discipuli, omnia carminum genera, quibus Horatius Flaccus doctissime

usus est, quæ nobis fide et charitate permoti uel hac potißima ratione adiungenda illis nostris præceptiunculis duximus, ut ex plurimis quæ uelitis, excerpere poßitis, uestraq; ingenia exactißima omnino in hoc studii genere reddere. Superesset modo equum senescentem soluere, idest me finire, quod ad umbilicum uel ultra deduximus, meq; requiei tradere nisi plane in uobis protrito illi prouerbio locum fore concupiscerem. Sæpe discipuli mägistro doctiores. Nimirum peruelim nihil quépiã uestrum præterire, quod ad hanc artis copiam uel utile uel pretium operæ uideri queat. Hinc breuiuscule addidero, tria adhuc metrorum genera, qbus Flaccus aliis non solum, aliis omnino non usus est.

QVADRAGESIMA PRIMA SECTIO de aliquot carminibus quibus non est usus Flaccus. De iambico senario.

LICET & iambico, quod quia sex pedibus simplicibus constet, a latinis senarius; a græcis, quia tres διποδίας habet τρίμετρος dicitur. Horatius, uti auditum est supra, usus sit, tamen, quia hoc carminis genere tragici & comici utuntur hac libet lectione repetere. Suscipit ipsum (teste Terentiano) in locis imparibus (qui sunt primus, tertius, quintus) pedes quinq; iambum, tribrachym, spondeum, dactylum, anapestum. In locis uero paribus tres iambum, tribrachyn, pyrrichium. Et si legitimum iambicum so-

lis primo iābis cōſtabat, nunc uero grauitatis gratia noſthi in locis imparibus ſint recepti. Tragici raro ſolis iambis ſed fere ſemper in locis paribus uſi ſunt iambo aut tribreui. In cæteris ſine diſcrimine iambo, ſpōdeo, dactylo anapeſto, tribreui. Comici uero ī locis paribus utūtur ēt ſpōdeo, dactylo, anapeſto, quo ſolutā imitētur orationē. Ter. i And. Vos i ſtæc in tro aufer teab i te ſo ſia

DE IAMBICO DIMETRO.

VSus etſi pariter et hoc iābico dimetro acatalecto archilochio Flaccus ſit, attamē hoc nō ſolo ſ; aliis trimetris ſuppoſito, quare eius ī pſentia mētionē denuo facimus. Cōſtat dimet. iāb. quatuor pedibus, recipit quoq; in locis īparibus iābū, et reliquos, quos trimetrū. In locis āt paribus iābū uel tribrachym, aut finalis gratia pyrrichiū. Quo nimirum carmine in amicorum libris ſæpicule uſi ſumus, præſertim ad generoſum, & inclytum baronem Paulum Suartzēbergio, dominum meum longe nobiliſſimum & humaniſſimum. Cuius quāta ſint laudum præconia, & quam admirabilia in omni uirtutum genere ornamenta. ne uolumine quidem ſpacioſo explicarim. Abſit hic breui pagina illa ipſa tentem. Tātum ſane inclyte Paule, tuæ eſt eruditionis, induſtriæ probitatis, ingenii, ſtudii, pietatis, religionis, aliarumq; uirtutum, quibus uti ſydus, fulges, decus, ornamentumq; ut ſi hoc conſcripturus pergerem, eius magnitudine perterritus plane deficerem, cœptumq; rubore ſuffuſus imperfectum relinquerem. hinc in aliud temporis narrandi nubi locum reſeruo. Iam uero tuarum uirtutum quiſq; incorruptiſſima habeat uelim teſtimonia quod ſola

Paulus Suartzē bergius Baro

tua, & ea quidem indyta, uirtus & optimarum artium eruditio te dignissimum reddidere, canonicus ut esses Agrippinēsis, Moguntinensis, Herbipolensis, Babenbergensis, inter paucos uitæ sanctimonia, & religione uenerandus, & multiiuga eruditione suspiciendus. id quod oppido paucis, immo paucissimis absque ambitione, uelut tibi, datum animaduerto, q̄d ut tibi sit perpetuo faustum ac felix, ex animo optauerim, carmen illud decorum iudicauerim, quum in fine habuerit dactylicam dictionem ut Veni creator spiritus, mentes tuorum uisita, O lux beata trinitas. Quem terra pontus æthera. Quandoquidem hoc carmine complusculi hymni ecclesiastici, & ii quidem resonantissimi sunt cōpositi. Et coniunguntur plerunq; quatuor uersus, Suntq; illi optimi, qui solis incedunt iambis.

DE IAMBICO TETRAMETRO

IAmbicum tetrametrum, quod quadratum & octonarium latine dictum est, eosdem in locis paribus pedes adsumit, quos & trimetrum. Quandoquidem si trimetro pedes præposueris duos, ex iis, quos illud admittit, tetrametrum facies. Apud Comicos, Plautum, Terentium sæpe id genus octonarii uersus reperiuntur haud tamen seruata iambici metri lege, uerum, in omni sede indifferenter collocati spondeus, dactylus, anapestus, in octaua tamen regione semper iambus. Teren. Enim ue ro da ue nihil loci est segniti æ neque socor diæ.

DE CARMINE ADONIO

Adoniū dimetrū ē, et cōflatur dactylo et spōdeo uel tro

cheo ita –∪∪ –– ut cæsare regnes·Fulmia lucis· Adiũgitur hoc carmen plerunq; ab Horatio & aliis etiam num saphico, ita ut post tres sapphicos uersus subiungatur in quarto ordine adonius. Ipsum uero redditur ornatum, si in eo subsequantur substantiua sensum cõplentia, quorum adiectiua sunt in saphico ut Iulium sydus, uelut inter ignes luna minores. Efficitur quoq; uenustũ si duabus construitur uoculis, ut inclyta uirtus, quanq̃ & unica fieri dictione non prohibeatur. Horatius ode ix·li·iiii·Bellorophontem, poterit præterea solum absq; alio carminis genere poni, ut uidere est apud Seuerinũ in li·de con·phi·Et in nostris amicorum libris ad ornatissimum adulescentem Hieronymum a Vitalibus Pullastrellum. Horatius nunquam adonio solo, sed multoties cum saphico usus est.

Hieronymus pullastrellus

DE ENDECASYLLABO CARMINE.

Carmen hendecasyllabum, quod alio dicitur nomine Phaletium, ita quia undecim syllabis perfici solet nuncupatum, quinq; constat pedibus spondeo, dactylo, & tribus trocheis, quanq̃ & in prima sede aliquoties (teste Terentiano) & trocheum & iambum (uti uidere est apud Catullum, quem ob id perperam nonnulli duriusculum dici uoluere) usurpet. Eo peculiariter delectati sunt Catullus, Marcialis, Pontanus', & nos pariter in libris amicorum sæpissime, cum ad anicos tũ zoilos. Consuerunt enim suo quasi iure hoc metro uates insectari maledicos obtrectatores, quibus ipse puto, calendis græcis carebo. Describuntur deniq; hoc carminis genere (uelut ex Cecilio lib·iiii·ad paternum colli

Catullus duriusculus

Plinius

gimus) ioci, lusus, amores, dolores, querimoniæ, iræ indi gnationes, & alii humani hoc genus adfectus, eius est exẽplũ -- -uu -u -u -u Marcialis li. vi. in Laberium. uersus scribere posse te disertos, fertur illud carminis decorum, quando dictiones uel tetrasyllabæ uel pẽtasyllabæ uel etiam plurium syllabarum in fine recipit. Pontanus. Non sunt carmina sed cacationes. Est merdosius omnibus latrinis Marcialis li. vi. Non est hic, rogo, Cinna barbarismus? Fur ista ratione dicereris. Alioqui dictio trium syllabarum sæpius est finalis. item est tum quoq; decorum, quum multa sunt in eo diminutiua, maxime quando amatorium fuerit, qualia fere sunt omnia, Catulli, Marcialis, Pontani, quem ego in hoc genere carminis, sicut in aliis pariter, ueteribus plane referẽdum duxerim. Eius de diminutiuis est exemplum li. ii. Sucto gutture. pressulis labellis. sucto pectore, siccu lis ocellis, Catullus ad Cornelium nepotem. ut Solatiolum sui doloris. Hæc sunt, optimi auditores, quæ mihi occupatissimo & ualetudinario de carminibus in uniuersum cõficiendis obiter pene, ac tempore succissiuo dicenda occurrere. Plurima uero non tam temporis causa, quam consulto prætermisimus. Prætermissa tamen, uel inter sexcentos, unicus dabit Terentianus author huius artis, & artifex optimus & eruditissimus. Succurret etiamnum hac in re uobis Cicero plerisq; in locis, ac Fabius compluresq; alii qui de arte adamussim scriptitauerunt adiumento erunt. Non est igitur, longior sim, ne uestra potius ingenia præceptorum multitudine cõfundam, quam adiuuem. Subinde legendum moneo diligẽ- Terentianus

ter librum, quem de arte poetica conscripsit Horatius, quo ad hoc negotii nihil utilius superest de figuris, quibus poetæ utuntur, dicamus.

QVADRAGESIMA SECVNDA SECtio de figuris poeticis &c.

MAR. TVLLIVS in eo quē de oratore scripsit libro inter poetā & oratorem, quorum alteri cum altero alioqui cognatio est, differentiam ponens, inqt poetam oratore numeris eſse paulo adstrictiorem, licentia, uerborum liberiorem, multis uero ornandi generibus socium, ac pene parem, in hoc qdem prope eundem, quod neuter terminis circumscribat, aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate & copia uagari, qua uelit. Ex quibus sane uerbis coniici non modo, sed uel sole clarius percipi potest, poetam adeo numerorum lege adstrictum, ut uix quibuslibet aut uerbis aut orationibus uti poſsit, eſseq; huic i uerbis eam ob causam licētia quā oratori liberiorem, & in quibusdam nō tam uenustandæ quam uariande orationis gratia adminiculis aliquot opus. Quibus autē rebus aliis, quam figuris, quas dicunt, id fieri poſsit nemo non uidet. Figuris nimirum, quæ alias pleræq; uitio haudquaq; carerent, poetæ numerorum angustiam laxare, uerborum orationisq; licentiā moderari, & quæ simplicia sunt uariare, uarietatiq; suo loco splendorem addere poſsunt. Hinc, quia nihil, qđ uel ad poeticen uel ad car-

minastruenda accõmodatum sit, uos latere uelim. Superat hoc loco, quemadmodum etiam pollicitus sum, aliqua, quæ uel ex maiori parte nostro essent marte exquisita, de figuris dicere. Verum tamen quia complures, iidemq; doctißimi hac in scribendi prouincia uiã mihi præoccuparint malo aperte aliena quam mea (quæ in re mea dici poterant) docere, quanq; perperam furti a quopiam accusari uel mutui postulari. Collegi itaq; ex Cicerone, Fabio, Prisciano, & aliis approbatis authoribus de figuris poeticis nõ spernenda, quæ ita me (succurrẽte dei numine) oĩa elucidaturũ spero, ut uetustis nouitatem, nouis authoritatẽ, obsoletis nitorem, obscuris lumen, fastiditis, gratiam, dubiis fidem, & suam deniq; quibusq; naturã dare minime sim neglecturus. Primũ igitur notãdum erit figurã (Fabio libro orato. insti. nono definitore) esse quandã oratiõis cõfirmationẽ a cõmuni & primum se offerente ratione remotam, aut (ut aliis magis placet) nouatam aliqua arte dicendi formam. Quando quidem eam dici orationem audio figuratam, quæ secundum grammaticorũ canones minime istructa eo laboret uitio, quod uel ratione neceßitatis, uel ornatus gratia, uel authoritate, uel uetustate, uel uirtutũ uicinitate excusari poßit, nẽpe qđ oratio figurata quæq; a simplici sit, atq; i prõptu posito dicẽdi mõ uel poeticæ uel oratorie ĩmutata. Figurarũ uero usum i hũc pene modũ aiaduertimus cæpisse. Cũ.n.a Fabio Quin. et Diomede tres oĩs orationis uirtutes connumerentur, ut sit uidelicet emendata, sit dilucida, sit ornata, totidẽ ecõtrario uitia, quæ illis sunt cõtraria, obscurũ, utpote, inordi-

Figura Fabius

Quare figuræ sũt inuentæ.

natum, barbarum, haud obscure colliguntur. Sunt aute obscuræ orationis uitia octo. Acyrologia, pleonasmos
Vitia orationis
perisologia, amphibologia, tautologia, eclypsis, enigma macrologia, iordinatæ uitia sunt, quæ ponũtur ĩspẽs sub
Metaplasmus
metaplasmo singulæ. Metaplasmus autẽ a nostris dici queat trãsfiguratio. Barbaræ uero orationis species sunt oppido plures, quas postea suo ordine sumus ad unguẽ
Barbarismus
enarraturi. Transeant ergo illa in præsentia. Barbarismum Diomedes definit esse contra Romani sermonis legem aut scriptam aut ꝓnunciatam dictionem uitiosam, hunc in poemate metaplasmum uocant, & a Quintilia
Solœcismus
no unius uerbi esse uitiũ dicitur. Solœcismum uero esse inconuenientem latino sermoni uerborum iuncturam, & contra grammaticos normam positam, hũcq; sche
Schema
ma, latine, figuram, cultum, ornatum, adpellatum i oratione duntaxat incongrua accidere, uti barbarismum in
Cicero
unica dictione. Schemata ego minime uitiosa dixerim, quando ea eloquentiæ pater ad brutum libro, uerborum & sententiarum lumina esse adfirmarit, quibus tanquã insignibus & stellis, gemmisq; in ornatu distinguatur
Fabius
omnis oratio, ac uestiatur quodammodo, atq; perpoliatur. Cui sane Fabius (quem inter cæteros hac de re ma
Seruius
xime lectum iri uelim) multis in locis accedit. Seruius meo iudicio, non ignobilis grammaticus, libro Aenei. y. inter barbarismum & perfectam latinamq; elocutionẽ esse ait metaplasmum, qui uno fit sermone ratione uitiosus, iter solœcismum uero & schema, hoc est perfectam sermonum connexionem esse figuram, hancq; contextu sermonũ ratione uitiosum fieri. Esse proinde metaplasmũ

& figuram

& figurã media, & peritia & imperitia discerni. Hæc ille. Deniq; et tropus figuræ uocabulo uenit. Quẽ Fab. li. ix. definit esse sermonem a naturali & principali significatione translatum ad aliam, ornandæ oratiõis gratia, aut esse, ex multorum sententia, dictionem ab eo loco, in quo propria est, in eum, in quo propria nõ est trãslatam, ita dictum, quod sit formatus quodammodo siue quod orationem uertat, unde & dici motum habereq; cum schemate uim pene eandem, quod utrunq; rebus uirtutem adiiciat, & gratiam præstet, unde. C. Artorium proculum tantam esse figuris cum tropis similitudinem ut illas ab iis, & e regione discernere difficillimum sit. De solœcismo & Barbarismo Gellius li. v. ca. xx. & li. xiii. ca. vi. qui uocabulum barbarismus ante Augusti ætatem, & solœcismum ante Ciceronis tempora fuisse negat, quem doctißimus noster Scodrensis in suis exquisitißimis in Plinium collectaneis ægregie mendacii conuicit, quum Aristoteles barbarismi uocabulo usus sit. Et Chrysippus tres ad Dionysium de solœcismis libros, & unum pariter ante illum Theophrastus scripserit, et Cicero ad Herennium definit tam barbarismum quam solœcismũ. In præsentia (ut semel ad portu; ueniamus) sciendum uelim, figuras in partes diuidi duas, in τοῦ λόγου idest uerborum uel dictionis uel elocutionis uel sermonis, & in τῆς διανοίας idest cogitationis & sensus. His utuntur & oratores & poetæ. Illis tam grammatici q̃; oratores & poetæ. Hæ sunt aut elocutionis, cuiusmodi comprehenduntur sub schemate, & tropis. De quibus alio in loco, aut constructionis, quales sunt

Tropus

Artorius

Scodrensis

Chrysippus

Dionysi.

Theophrastus

Figurarũ diuisio

prolepsis syllepsis, zeugma, synthesis, antiptosis, euocatio, appositio, synecdoche. De quibus etiamnum alias dicturi iam ad eos, qui Horisticen profitentur uos remittimus. Aut dictionis quæ species metaplasmi sunt omnes. Metaplasmum Diomedes definit quandam esse recti soluti'q; sermonis in alteram speciem transformationē metri, decorisue gratia figuratam. Hunc aiunt esse de barbarismi genere sicut figuras constructiōis de genere soloecismi. Species metaplasmi numerātur pthesis, syncopa, apocope, systole, ectasis, echthlipsis, episynalipha, synæresis, diæresis, antithesis, metathesis, parallage. De iis solis hoc i loco perinde atq; carmini magis uel peculiaribus uel poetis frequētioribus ex ordine pauca, quæ ex Ciceroē. Quītiliano, Diomede, Seruio, Prisciano, et Neotericis aliqbus, si q recte scripserūt, horis mō successiuis collegimus, breuiter dicemus. De cæteris āt figuris, quæ uel sub schemate uel tropis collocantur reddā deo max. fauente in nostris cōmentariolis in dialogum. C. Taciti de claris oratoribus, quos intra pauculos dies emissuri in lucē, uenerando meo præceptori, & nunq̄ pœnitendo Marino Becichemo Scodrensi maximo intra nostra tempora oratori, immo uere polyhistori, ac alteri nostra tēpestate ob omnis generis disciplinarum maiestatem Varroni longe oīum eruditissimo, & alteri ob iudicii acrimoniam & grauitatem huius seculi Quintiliano, & uiro (ut in summa dicā) uitæ, morū'q; castimonia et sanctitate nunquam satis laudato dicaui, nempe quē illorum ego non tam Aristarchum, quam tutelarem deum (nā utrūq; ægregie agit) plane statuerim. In illis igitur ip

Scodrensis Varro alter et Fabius

sis cõment. quæ hic ob causas paulo supra memoratas, intermissa sunt, quærenda putamus. Est ergo in ordine metaplasmi specierum prima. PROTHESIS.

LAtine appositio est ĩ dictiõis pricipio literæ aut syllabæ adiectio, ut gnatus ꝑ natus, rettuli ꝑ tuli, referrẽs, ferẽs. Verg. x. Aen. Tot gnati cecidere deũ, ꝗn occidit una idẽ. ii Aen. Rettulit in melius, multos alterna reuisens.

APHOERESIS.

EST a dictionis fronte unius syllabæ ablatio ut Ver. vi. Aen. Discite iustitiã moniti, et nõ tẽnere diuos.

SYNCOPA.

COncisio latine, est e dictionis medio syllabæ ademptio uel ẽt (ut Seruius uult) unius literæ, Verg. i. Aen. Exciderant animo, manet alta mẽte repostum.

EPENTHESIS.

SYncopæ cõtraria, est syllabæ ĩ medio dictiõis adiectio Verg. ii. Imus in aduersos, ꝗd cessas, an tibi mauros; mauors ꝑ mars. Sunt ꝗ hãc figurã (ut ait Donatus) parẽthesim, sũt ꝗ docẽte Diomede, pleonasmũ appellũt.

APOCOPE.

EST unius literæ aut syllabæ a dictiõis fine ãputatio Fla. li. i. Sa. iiii. Cõpressis agito labris, ubi ꝗd datur oci ꝑ ocii. Ver. Aegl. i. Paupis et tuguri cõgestũ cespite culmen.

PARAGOGE.

EST unius syllabæ ĩ calce dictiõis adiicio Persius. Sȝ pulchrũ est digito mõstrari, et dicier hic ẽ, ꝑ dici.

SYSTOLE.

SYllabæ est longæ correptio Ver. iiii. E glo. Matri longa decem tulerunt fastidia menses syllabam le, in tulerunt longam corripuit.

ECTASIS

Est syllabæ natura breuis protensio. Maro. i. Aene. Exercet Diana choros quam mille secutæ. Diana, ꝓduxit primam, cum sit breuis. idem. iiii. Aenei. Ter geminamq; Hecaten tria uirginis ora dianæ. De quo nomine lege. Macro. li. i. Sat.

DIAERESIS

Diuisio dici potest. Est enim unius syllabæ in duas discretio. Verg. iiii. Aene. Aulai in medio libabãt pocula bacchi. Aulai pro aulæ hanc figuram probus di zeuxim nominauit.

SYNOERESIS

Est duarum syllabarum in unam syllabam conglutinatio, Verg. i. Aene. Atria dependẽt lychni laquearibus aureis. Scãditur enim auris. idem in eodem unius ob noxam & furias Aiacis Oilei. idem. x. Aene. Cum pedes incedit medii per maxima Nerei.

ANTITHESIS

Dici potest latine pro altero positio. Est enim unius literæ ꝑ alia collocatio. Maro. i. Aen. Olli subridens hominum sator, atq; deorum. olli pro illi.

METATHESIS

Latine transpositio. Eam enim Seruius & Priscianus aiunt mutatum esse literarum ordinem. Verg. x. Aen. At tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis. Tymbre nanq; i tibi pro tymber transpositum esse Seruius notat. Quando quidem nomen in r uel m secundæ inflexionis similem sibi format uocatiuum, quare tymber dicendum fuisset, Seruio monente. Cui priscianus re

Seruius. Prisciãus

fragans tymbre ibi non a nominatiuo in r sed us uocatiuum inquit accipiendum, poetam nimirum huiusmodi nomina tam in er proferre q̃ in us consueſſe. teucer teucrus, Euander Euandrus. Aen. x. Pallas Euander in ipsis Omnia sunt oculis. idem. ix. Aen. Tunc rex Euandrus Romanæ conditor arcis. Vter autem Seruius an Priscianus uerius senserit, & utri tutius inhærendum, explicat Marinus noster Becichemus acutiſſimus his in rebus censor, & iudex uel palæmone sapientior in selectiſſimis suis Virgilianis adnotatiõibus propediem (uti magnopere speramus) in lucẽ ituris. Eas mediusfidius & alia pleraq; illius doctiſſimi uiri opera, quibus ne Dydimus plura nec doctiora scripsit, cum aurea tum diuina tam expecto desyderoq; q̃ quod in repub. literaria maxime. Scio enim ab eo doctore nõ libros sed thesauros omnigena doctrina refertos prodire, ex quibus ex omni artium genere depromi, nisi quod undecunq; preciosum, probatum, eruditumq; sit, haud potest. Faxint proinde dii immortales mei sim uoti breui compos, qđ sane fiet, ubi, quæ uir ille, alter Varro, felici suo peperit ingenio feliciori usura sint editione, qua uel re una literarum studiosis accidere poſsit, arbitror, optabilius, utilius, preciosius nihil, nec nostris lucubratiunculis uel qualibuscunq; adminiculum aliud maius superest qualis prothesion sit declaremus. Marinus Dydimus

PROTHESION

Est unius præpositionis pro alia positio. Verg. iiii. Aen. Si bene q̃d de te merui. ideſt in te, quo modo soloecismum fieri dubium non est.

PARALLAGE.

MVtatio dicitur, & est authore Diomede, unius literæ, nõ tamẽ eius, quæ dictionis est prima ꝑ alia mutatio, ut asuenio ꝑ aduenio, quo modo fit barbarismus. De echthlipsi, ac synalepha dicẽdi locus i sequẽti erit sectione, quas qa copiosius eas perstringemus (sũt enim in carmine cæteris longe frequentiores) eo explicandas reseruabimus. Hæ igitur sunt metaplasmi, quo (uti audistis poetæ, quã aliis figuris sæpius utuntur) species qbus sane modo solœcismus modo barbarismus generantur. Hinc ipsis in soluta oratione (in qua barbarismi & solœcismi feditas procul debet abesse) minime utimini, eiusmodi uero uitia apud carminũ scriptores tã tum abest ut nõ mererẽtur ueniã, ut etiam ꝑ re digna laude aliquoties duci solita sint, nec ob ea poetas criminari conuenit, aut improbari, quibus, quoniam illa suis coguntur metris inseruire, adeo ignoscẽdum esse Fabius inqt, ut uitia ipsa aliis in poemate adpellationibus nominari consueuerunt. In confesso enim ex superioribus dictis est, quæ in ꝓsa solœcismos, et barbarismos uocamus in carmine ea metaplasmos, schematismos, & schemata noiare & licet & cõgruit, laudẽq; uirtutis necessitati dari nõ indecorum uidetur. Hinc nõ est, qđ q̃spiam eos uelit dicere uersus uitio obnoxios, q aliqua metaplasmi specie relucent, nec econtrario, licet hisce uos figuris in quocunq; epigrãmate usuros uelim, seu quibusq; in locis aut dictionibus, uerum omni tempore sequuturos, quod poetæ ueteres iidemq; recepti seruarũt, quẽadmodũ in nostris in C. Taciti dialogũ enarratiõibus late cõ

monstrabimus. Nūc sane retulisse quæ a claris scriptoribus nō sine exēplo mutuatus sum suffecerit. Nō. n. ocii *iā tātum datur, ut persequar uelim, qđ quisq; unquā grammatista effutiuerit, quo euidentius uel ingenii mei miseriam uel popularem iactantiā ostentarē. Id quod deniq; ex re uestra minime existimo, quum hoc modo ingenia uestra, quæ melius aliis uacant, obruerem, detineremq;* Cōsultius ergo & mihi uobisq; fuerit autumarim paucula isthæc memoriæ commendare, quam superfluo in cassum audisse, quādoqdem omne superuacuū (ut inqt Venusinus) pleno de pectore manat.

QVADRAGESIMA TERTIA SECTIO de collisione in uersu.

COLLISIONEM, *de qua post hac, apud poetas dici inuenio, quando in metro dictio aliqua in uocalē uel in literā finit, et sequēs itē a uocali icipit tū prior uocalis, uel m cum sua uocali excluditur, eiusq; sonus, & uis in scādēdo prorsus amittitur. Vtriusq; exēplū est i hoc Vergilii uersu. iii. Aen.*

Et terrā altricē, sæui execramur Vlyssis, sic. n. scāditur

Et ter raltri cē sæ uexe cramur u lyssis. ita ut dictiōe terrā, nec a nec m i pferēdo audiat, nec i i dictiōe sæui inibi tñ notet collisionē, qua uocalis sola excludit, σῦνάλοιφην, q̄ uero uocalis cū s cōsonāte i ἔχθλιψιν dici. nec illđ pterieri, collisionē fieri iterdū i fine carminis cū i uocalē aut i literā desinēs, syllaba superabūdat, &

ſequens uerſus a uocali incipit. Verg. ii. Aene. Quæ nõ incuſaui amens, hominumq; deorũq;. Vides, quod hic q; finalis ſyllaba ſuperabundat. Scande itaq; eam cum uerſu ſequente. Aut quid in euerſa uidi crudelius urbe ita Flaccus, ſed cõtrario modo li. i. ode. ii. & eſt ſapphica labitur ripa ioue non probante. Vxorius amnis abundat ſyll. ux in dictione uxorius. Scande igitur non probant u xorius amnis. Et eſt adonium, erit hoc pariter notandum, ubi ii duo in fine ponuntur dictionis, aliquãdo unum, aliquando utrunq; collidi, eſſeq; in hoc aduertendum, utrum uerſus expoſcat. Abiicitur utrunq; in hoc Maroniano. Et domus Aeneæ capitoli immobile ſaxum. Sin diuerſæ fuerint uocales. excluſa ult. remanet penult. in ſcandendo Verg. ii. Aene. Me refero, irruerant Danai, & tectum omne tenebant. iii. Aene. Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito. Vbi in Danai, & patrio, in illo i ſolum, in hoc ſolum o excluditur. Quæ dixiſſe uolui, ne (ut fieri ſolet) res etiam minutula ſcrupulum uobis iniiceret aſperum. Subinde etiam unum notari uelim, aliquando colliſionem fieri nullam, aut (niſi fallor) ꝓpter cæſuram, aut ob uocalem, quæ eſt dictiõis alicuius ultima, longã, apud Verg. i. Aene. ubi colliſio non fit propter cæſuram. Poſthabita coluiſſe ſamo, hic illius arma. item ob longam uocalem. idem. y. Aene. Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celeno. Ecce hic diphthongus ultima in dictione inſulæ non colliditur, tranſit tamen in breuem uocalem. Poſtremo nõ ignorandum cenſuerim per colliſionem quandoq; uocalem breuem cadere in breuem. quandoq; breuem in lõgam,

item longam in breuem, diphthongum in simplicem lõgam, diphthõgum aliquoties in diphthongum, breuem in diphthongum. Inueniri quoq; interdum, ut uocalium concursus collisionem, si uersus alioqui nequiuerit iple ri, fieri prohibet. ut in hoc Maroniano. Et succus pecori & lac subducitur agnis. Hactenus de collisione, et aliis in carmine figuris. De quibus tam poeticis q̃ oratoriis in uniuersum, deo opt. max. fauẽte, ĩ nostris ĩ. C. Taciti de incorrupta eloquẽtia dialogũ cõmentariolis abunde dicemus. Modo locus Colophonem expostulat.

QVADRAGESIMA QVARTA ET VLTIMA SECTIO OPERIS perorationem habet.

HAEC SVNT, ornatissimi iuuenes quæ mihi multis alioqui rebus districto, & minus commode ualenti de arte poetica, & syllabarum, uersuumq; ratione uobis ea quotidiano pene (ut ille ait(conuitio efflagitantibus communicanda succurrere, quæ uos aio grato accepturos uelim, nobisq; unũ illud esse persuasum desyderauerim, me sane quæ potui dedisse, meliora daturum haud dubie si habuissem. Quibus equidem neminem uestrum ita adstringendum cupiuerim, ut hisce solis eum contendam usurum, imo quenq; accepto ex nostris præceptiunculis artis fundamento ad aliorum mox subinde documenta confugere suaserim, exq; uniuersis quæ placent eligere, quæq; ma

gis quã nostra sunt satisfactura ex uoto maxie seq. Tantum mediusfidius abest, ut isthæc nostra totũ, qđ ad tã nobilem artem uel necessarium uel accõmodatu; sit, posseq; uniuersum præstare putem, ut hæc ipsa titulo pendenti, & pene qdem puerili primordio in artem poeticen inscribunda, nuncupanda quoq; mandarim, quæq; polycleti more inchoata duntaxat & imperfecta a quouis estimari ita expeto, ut ad ueniam mihi regressus possit negari nullus, nempe quæ, nisi aduersa corporis ualetudine, & maioribus aliis, quæ mearum uerius sunt partium studiis intercipere pro uirili recognoscerem emendarem, eoq; quod desyderaretur, limam fidelissime intenderem. Nolim proinde uel minutissima eorum quæ excipientibus uobis hactenus dictaui a quopiam editum iri, immo nec cuipiam qui uestro non utitur cõtubernio, impertiri, quoad Aristarchi uirgulæ ea ipsa manum subducentia, & alias sub incudem reuocata & renouata elimatiora reddantur, quod forte fiet, ubi & molesta, qua angor, ualetudine, & negotiis, qbus (uti compertum habetis) distineor paululum uidicatus fuero. Interim ea apud uos solos ĩ periculo, quam apud alios, & eos quidem zoilos & momos naufragium passura malo, hinc ad illa lubens cõniueo. Superest mõ boni quæcũq; diximus consulatis, eaq; perinde habeatis atq; meæ erga uos charitatis symbola et pignora. Efficite postremum, ut nec meæ uos doctrinæ, nec me pœniteat laboris. Quod si feceritis, fore haud dubitetis, ut quæ post hac huic rei proficua excogitaro minime sim celaturus. Tum autem subinde uos nostræ institutionis uosq; la-

Polycletus

boris minime pœnitebit, quum nostra hoc maiore legeri tis studio, quo ipsi fidelitate contulimus ardentiore. Id quod usq; adeo fore puto necessarium ut quæcunque diximus uobis usui sint futura nulli, nisi illis cura, diligentia, opera, studium, laborq; ingenii uestri accesserit. Cum enim poetam natura dũtaxat non arte nasci creditum sit, facile fuerit arbitror coniicere huic opus fore et usu & exercitio non uulgari, qui hanc artem, puto poeticen sibi aduersa minerua, inuitoq; genio uendicare uelit. Quam tamen se quisq̃ uendicare posse tantum absit dubitet, ut & naturam ipsam usu esse aliquoties uictam credat, fidemq; rei Demosthenis maximi oratoris exemplo esse factam. Memoriæ quidem proditum est, Demosthenem omnium, quos græcia unquam habuit, oratorum longe eloquentissimum ita a principio balbum fuisse, ut eius ipsius artis, cui operam impenderet, primam dicere literam plane nesciret, meditando tamen perfecisse, ut locutus eo plenius putaretur nullus. deinde cum spiritus esset eius angustior, tãtũ cõtinenda anima in dicẽdo esse cõsecutum, ut una uerborum continuatione binæ ei contentiones uocis & remissiones continerentur. Hunc etiam tradunt, coniectis in os calculis, summa uoce uersus plerosque uno spiritu pronuntiare consuesse. Qua sane re primum illum & studio, labore, diligentia, industria naturæ impedimenta superasse credi par est. Illum ergo obsecro, uobis in exemplum perinde ac scopum proponite, ille uos ad studium & laborem incitet, eamq; artem, cui hactenus, me docente, studuistis, & alias plerasq; bo-

Vsus exercitatio.

Demosthenes

nas disciplinas omni qua poteritis, animi uehemẽtia amplectimini, ob quas etiamnum uos nocturnis iuuet impalescere chartis, ut inde uobis & iuuenibus & senibus finem sitis animum (ut Persius inquit) certum petituri, miserisq; uiatica canis. Sunt enim bonæ literæ ac musæ ipsæ præstantissima iuuentutis ornamenta, & iucundissima senectutis oblectamenta, quæq; non (ut alia mundi cuncta) sunt intermoritura, sed quibusque in locis ceu fidi comites, uobiscum mansura, quibusq; salus iuxta atq; periculum commune uobiscum est. Solæ nimirum literæ uirtutibus coniunctæ ex illis habentur & sunt, quæ nostra sunt perpetuo, & nullis fortunæ casibus obnoxia. Cætera uero pulchritudo, diuitiæ, potentia, robur & alia huius mundi fragilia bona, minime, nempe quæ nostram post mortem nos derelinquẽtia alios & alios sortientur dominos. In summa, quæcunq; sub cœlo orta sunt suo tempore occident, & aucta senescent, ingenii uero ægregia facinora, sicuti anima, in qua ista sunt immortalia nunquam pereunt. Et erit (ut Crispus Salustius ait) corporis similisq; fortunæ finis, uti initium. Sola artium, uirtutumq; uenerãda maiestas nulla est tempestate interitura. Quam sane immortalitatem, qua nihil optabilius esse debet, etsi quarũcũq; artium alumnus, maxime tamen & in primis poetices studiosus sibi persuadebit. Qui cum ingeniosissimo Nasone facile dicet.

Bonæ literæ Viatica — *Notanda* — *Salustius* — *imortalitas* — *Nasonis De imortalitate carminũ.*

Quid mihi liuor edax ignauos obiicis annos?
Ingeniiq; uocas carmen inertis opus?
Non me more patrum, dum strenua sustinet ætas.

Præmia militiæ puluerulenta sequi?
Nec me uerbosas leges ediscere, nec me
Ingrato uoces prostituisse foro?
Mortale est, q̄ȝ quæris opus, mihi fama perennis
Quæritur, ut toto semper in orbe canar.
Viuet Mæonides, Tenedos dum stabit, & Ide.
Dum rapidas Simois in mare uoluet aquas.
Viuet & Ascræus, dum mustis uua tumebit
Dum cadet in curua falce resecta ceres.
Battiades toto semper cantabitur orbe
Quãuis ingenio non ualet, arte ualet.
Nulla Sophocleo ueniet iactura cothurno.
Cum Sole & Luna semper aratus erit.
Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Vixerit, & meretrix blanda Menandros erit.
Ennius arte careus, animosiq; Accius oris
Cassurum nullo tempore nomen habent.
Varronem. primãq; ratem quæ nesciet ætas?
Aureaq; Aesonio terga petita duci?
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti
Exitio terras cum dabit una dies.
Tityrus, & segetes, æneiaq; arma legentur.
Roma triumphati dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes, arcusq; cupidinis arma
Dicentur numeri culte Tibulle tui.
Gallus & Hesperiis, & gallus notus eois
Et sua cum gallo nota Lycoris erit.
Ergo cum silices, cum dens patientis aratri
Depereant æuo, carmina morte carent.

C edant carminibus reges, regumq́; triumphi
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
V ilia miretur uulgus, mihi flauus Apollo
Pocula castalia plena ministret aqua.
S ustineantq́; coma metuentem frigora myrtum,
Atq́; ita sollicito multus amante legar.
P ascitur in uiuis liuor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quenq́; tuetur honor.
E rgo etiam cum me supremus adusserit ignis
Viuam. parsq́; mei multa superstes erit.

HAec ille, & pulchre ut omnia, quibus nimirũ quenq́; optimum ad immortalitatis gloriam exhortatur quam carminibus in primis consequi posse rite gloriatur. Siquidem carmina (ut alius inquit) morte carēt. Et dignum sane laude uirum musæ uetant mori. Cœ- Vergi. loq́; musa beat. Agitur igitur (& agite inquam uel eo maxime, quod sua (ut cecinit poeta) stat cuique dies. breue & irreparabile tempus. Omnibus est uitæ, sed famam extendere factis hoc uirtutis opus) agite inquam tertio optimi iuuenes principio uos in laudem dei opt. max. ab obliuione uirtutibus, bonisq́; literis, uindicate, uobisq́; uel hac una arte (poeticen dico) memoriam non apud hominem, quod uanum foret, sed & deum opt. propagate, dilatate, diffundite. Monumen- Flaccus tumq́; extruite quod sit iuxta Horatii sentētiam (cur non carmine agerem, cui in carmine nunc negocium est Notãdũ omne) aere perennius. Regaliq́; situ pyramidũ altius.

Quod non imber edax, non aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.
Claudamus subinde riuos sat prata biberunt. Longius me hercle me prouexit quædam uobiscum sub finem loquendi dulcedo. Iam finem faciens opto uobis sint, quæ hactenus dixi, monui, hortatus sum, fausta, & nostri apud uos perpetua monimēta. Valete.

Soli deo opti. max. gloria.

F. NAVSEA BLANCICAMPIANVS Fœderico a Stāpa Rheto. & Vuolphgangno Rœchlingero Augustinensi Vindelica nobilibus iuuenibus Salutem.

EFFLAGITASTIS ut ipse, cui iampridem ob aduersam corporis ualetudinem seria sunt interdicta studia, uobis mei nominis impendio studiosis, quampiam de epistolis conficiundis rationem, perinde atq; compendiolum instar luminis in laterna inclusi conscribam. Quibus ut ea in re gratificer nescio, an magis sit inutile, quam utile futurum. Fore nimirum commoditati inde quodammodo uidere uideor, quod, me docente, quæq; uobis uel difficillima cognitu fieri facillima dicitis, & nihil esse, quod haud a me quã ab alio melius accipi poßit. E regione autem, inutilem eam scribendi prouinciam fore, adagio apud quosq; pro trito admoneor. quo sane fertur Δὶς κράμβη θάνατος Hoc quidem significante, cum fastidio & tedio legi, audir iq;, quod iterum, atq; iterum repetitur. Quotusquisq; autem non iandudum de epistolica scriptione uel ad nauseam usq; quippiam litteris mandauit? Quandoquidem uel inter sexcentos epistolarum modos nostra ætate pleriq;, quibus nec ingenio nec doctrina nec nomine cõferendus sum, ad perpendiculum pene tradiderunt. Quis enim de epistolis componendis scribere poßit Nicolao Peroto Sypontino episcopo (meminerim modo eorũ quos &

quos & ipsi legistis) lucidius, Mario Philelpho curiosius, Sulpitio candidius, Mancinello fidelius, Aenea Siluio pulchrius, Frãcisco nigro diffusius, Marino item Becichemo Scodrensi praeceptori nostro prudentissimo & doctissimo aut accuratius aut eruditius aut deniq; exquisitius? Nũ ego, q ad hos sane nullus sum? Satius itaq; multoq; tutius erit ab eo scribẽdi genere me abstinere, ne uilis litigator q spiã uitio sit uersurus, qd' i laudẽ cedere debuerat. Iste nimirũ q cq d literis traderẽ, ab illis me si faterer, sumpsisse, uel, si negarẽ, surripuisse insimularet. Quorũ tamẽ q ppiã tãtũ abest, ut negẽ, quo uel ex unius Marini nostri in oratoria magistri pceptis partem eius, puta epistolarũ struẽdarũ, artis me didicisse longe maximã. Nõ est pinde furtiuis Aesopiae corniculae more pẽnis nudare magis quã me uestire gestiã. Verũ hisce et aliis, quae ab obtrectatoribus obiici possint, omissis, nõ possum tamẽ ob meũ erga uos amorem (amor enim oĩa uincit) non qd' ipse in cõficiundis epistolis obseruãdum putem paucis & iisdem breuissimis aliquot amussibus significare, praemissurus qd sit, & unde dicatur epistola, qd' eius officiũ, deq; epistolarũ generibus admodum paucula, quae tamen praetereunda minime censuerim.

SYNTAGMA DE CONFICIVNDIS epistolis. F. Nausea authore

EPistola, quam & unas literas numero multitudinis tantum appellamus, est literata, quae a nobis fit absentibus ad absentes, quod hos aut scituros aut factu-

Vnde dicitur epistola — ros uolumus continens, collocutio, dicta, ut pleriq; omnes memoriæ prodiderũt a græco uerbo ἀποστέλλειν qđ est mittere, quoniã ad absentes loco nũcii mitti solita sit, quanquam Libanius author græcus (Libanius) in suo de epistolis libello in diuersum eat, alioq; modo Ammonius (Ammonius) hanc dici cæptam senserit. Eius est, Barbato Hieronymo ad Marcel. teste, officium, ut de re familiari, quotidianaue consuetudine aliquid scribat, & (S. Hiero.) perinde absentes inter se præsentes faciat, quidq; mutuo uelint, gestumue sit, nũtiat. Hieronymi uerba sumpta uidentur a Cicerone (Cicero) hunc in modum ad. Q. Fratrem scribente. Quod epistolæ propriũ est, ut is, ad quẽ (Epistolæ ꝓprium) scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat ꝑtermittẽdum esse non puto. Idẽ ad Curionẽ, eo epistolas esse inuẽtas scribit, quo certiores faceremus absentes, si qđ eẽt qđ eos scire, aut nostra, aut ipsorũ itereßet. Epistolarũ genera cũ a græcis tũ latinis multa sane colligũtur, quæ (Epistolarũ genera) hic recẽsẽda haudquaq̃ duxeri, tũ qđ tẽporis angustia septus singula ꝑ se q̃ nequeã, tũ ne multitudie (ut sæpe numero adsolet) uos cõfundã. Ea ãt apud alios, ĩprimisq; in eruditißima Marini centuria prima ca. xii. ubertim reperietis. Nostri quidem propositi non est, cuncta (Marinus Scodrẽsis) quæ hac de re ab authoribus paßim memoriæ tradita sunt, perinde atq; Chrysippeos aceruos congerere. Verum tamẽ, ne qđ omnino uos lateat, rem ita tribus (ab (Adagiũ) sit gloriola) uerbis, quam qdam longis disquisitiõibus uix, nescio an explicarunt ita habeto. Genera epistolarũ quorũ plerĩq; doctores numero septuagita curiosius (Genus qđ notet.) q̃ magis necessariũ se iuenisse iactitãt, tot sunt, quot res

q̃bus de scribi põt. Appellatiõe nimirũ generis hoc loco recti rẽ aut materiã ipsam, de qua scribitur, q̃spiã accipiet. Hic eã dixeris epistolã eẽ generis accusatorii, qua accusamus, cõsolatorii, qua cõsolamur, hortatorii, qua hortamur, gratulatorii, qua gratulamur, īsectatorii, q̃ īsectamur, laudatorii, qua laudamus, cõmẽdaticii, qua cõmẽdamus, et sic subide de singulis, quæ uel mediocriter eruditus ītelliget, Merito ꝑinde papyro pituræ peperi. Verũ ut et uoto uestro aliqua ex ꝑte satisfiat. Cõsulti cũ Tullio ad Curionẽ dixeritis epistolarũ gña eẽ uaria ignorari nõ posse, sed q̃bus frequẽtius utimur tria primũ, gratia cuius epistola sit īuẽta, ut certiores faceremus, et reliqua ut supra notauimus. Quo genere plurimæ a Cicerõe, Plinio, Symacho, Seneca et aliis scriptæ repiũtur. Eo.n. utimur, quãdo rẽ corã palã'q; significare haud q̃mus. Id qđ ī heroidibus Naso hoc disticho arguit. His arcana notis terra pelago'q; ferũtur. īspicit acceptas hostis ab hoste notas. Alterũ familiare et iocosũ; quo nũc fabula, mõ facetia, nũc scomma et id genus iocus q̃dã aut de re domestica q̃dpiã, aut q̃cq̃d deniq; in buccã (ut aiũt) uenerit cõtine, tertiũ Seuerũ et graue, quo res graues, ad religionẽ uidel; deos īmortales, rẽp. phiam attinẽtes cõplectũr. quo gñe scriptas puto. diuoꝝ pauli, petri, ioãnis, thadei, iacobi, hieronymi, augustini, cypriãi, alioꝝ itẽ tã alienæ q̃ꝫ nostræ religiõis ī eo scribẽdi genere scriptoꝝ epistolas. Est ãt unicuiq; istorum generũ suus stilus, q̃ a græcis χαρἀκτηρ dictus ẽ Quẽ triplicẽ eẽ, gracilẽ, mediocrẽ, grauẽ, Cicero prodidit, & hoc ī oĩre difficilius nihil. de quo itaq; tacẽdu;

Genera epistolarũ tria

Ouidius.

Epistolæ canonicæ

Ci. in ꝑfecto orat.

satius ꝙ paucula dicere iudicauerim. Stilus uero episto-
Pli. lib. i. ad Corneliū Fuscum larum uulgo (si Tullio & Plinio credimus) sit tenuis humilis, gracilis, expressus, purus, quotidianus, humanus, apertus, et summatim talis, qualem nostrum esse sermonē uelimus, si una sederemus, aut ābularemus, illaboratum & facilem, qui (ut Cicero ait) neglectam habeat diligentiam. Et ut semel finiam. Stilus se epistolaris personarū, ad quas scribimus, rationi conformet, mō se efferat, modo deprimat, & aliquoties, causa subsistente, utrinq; se temperet. Quis enim ambiget literas, quae uel ad imperatores uel reges uel principes uel ciuitates diriguntur, esse cæteris oportere dictione grauiores, elatioresq; quod uel puer dignoscit. Hactenus de epistolarum generibus & figura. Nunc ad primam scribendarū epistolarum amussim, quæ salutationē primam epistolæ partem docebit, animum applicabimus.

Stilus epistolarum

Cic. li. de per. orat.

AMVSSIS PRIMA DE SALVTATIONE

Epistola similis ē nuntio

QVoniā epistola nuntii officio fungi iudicatur cuius est, ut eum, ad quem missus est, primum salutet, ita pariter ad huius similitudinem epistola a limine ipm cui scribimus, recte nostro nomine salutabit. Cuius nimirum modum salutationis ab eis, qui primas in scribendis epistolis tenent, ita semper obseruatum, uideoq; hodie seruari, ut nomen eius, qui scribit, in nominandi casu præponatur nomini ipsius (qđ in dandi casu collocabitur) ad quem scribimus, hunc, in modum .M. Cicero Trebatio salutem dicit, uerbo tamen dicit quandoq; obmisso.

Apud Saluſt. in Catilina. L. Catilina, Quinto Catulo ſalutẽ, item. C. Plinius trãquillo ſalutem. Conſueuerũt ut plurimum, aliqui ſalutationem tribus duntaxat literis adnotare. Hoc modo, Nauſea Marino Scodrenſi. S. P. D. ideſt ſalutem plurimã dicit. Eſt ſane & hac in re (ſicut pleriſq; in aliis) alius & alius ſcribentium mos. Ego uos ſemper doctiſſimos, & optimos quoſq; imitari uelim. Inoleuit & id quoq; multis, ut nomini illius, ad quem ſcribitur epitheton, quod eſt adductiuum uel beneuolentiæ uel maleuolentiæ aut laudis aut uituperii copuletur, ut. F. Nauſea Vito Vuerlero uiro iuriſcõſultiſſimo ſalutem, ueluti nuſquam nõ noſtris temporibus factitari uideo, quod uti nihil afficere poteſt, ita undequaq; non prorſus coarguerim, modo idipſum adulationem haud multo maximam redoleat. Quem tamen morem incognitum priſcis fuiſſe ex ueterum literarum monumentis facillime deprehendimus. Verum tempori noſtro, quod longe a priſcorum ætatibus, & in aliis rebus degenerauit, inibi & indulgendum & inſeruiendũ exiſtimarim, maxime, quando eo deuentum ſit, ut nemo præſertim magnatum, primatumq; uirorum inueniatur qui ſibi homines non blandiri, adſentiri, adularique in omnibus uelit. Conſultum proinde fuerit arbitror. Si ſcenæ quis iuxta prouerbium ſeruiuerit, foroq; uti, & polypi mẽtem obtinere, hoc eſt, rebus ſe præſentibus applicare, & pro tempore, alios atq; alios mores, aliũ atque alium u lutum ſumere haudquaq; nocebit. Habenda eſt eas ob res temporis, perſonarum, loci, rei optima ratio, cunctiſq; modus (ſine quo rectum conſiſtere ne

Saluſt. in Cati.

Marinus

Vitus uerlerus

adulatio fugienda!

Adulari eſt cõe

Adagia quæ monẽt tẽpori inſeruiendum

quit) minime negligendus, quem ꝑfecto seruabimus, ubi sapiẽtiores imitabimur, & non uniuscuiusq; barbã seculi sordibus nos coinquinauerimus, Sunt pꝰstremo q̃ dignitatis eorum, ad quos scribunt, rõnẽ habẽtes suum modestiæ gratia nomẽ postponunt. ut iclyto Baroni, generoso q; Mecœnati Christophoro a. Suarzẽbergio. F. Nausea salutẽ, qđ pariformiter etsi a ueteribus nusq̃ nisi a Marciale ad Domitianum (si mõ codex iterũ a librariis nõ iuersus sit) ita scribente iperatori Domitiano Cæsari Augusto Germanico Dacio Valerius Marcialis. S. usurpatum repererim, tamẽ q̃a passim increbruit, eiusmodiq; scribendi abusio inualuit non facile damnauerim. Græci loco, quo nos optamus salutem, dicunt bene agere, sunt & nostratium, qui pleruñq; felicitatem, q̃ salutem scribere malunt, q̃q̃ hoc, non autem illud a romanæ linguæ authoribus cognouerim receptum. Item sũt, q̃ uel salue uel aue cum uocandi casu dicunt. Marcia. lib. ix. Epigr. Aue mi Toranni frater carissime. hoc ea ꝓpter aliorum iudicio tutius reliquerim. Quid? Alexãdrum cognomẽto magnum nemini salutẽ impertiisse Plutarchus scribit. Hæc de salutatiõe, quæ tituli uice i epistolæ frõtispicio ponit. sufficiũt. ad alterã ueniamus amussim, q̃ narrationẽ cui scd's dat i ep'la locus apiet.

Marcia.

Græci quõ salutant.

Alexander magnus

AMVSSIS SECVNDA DE NARRATIONE IN EPISTOLA.

Natura & consuetudine, quæ illam æque ac ducẽ semper imitari debet, cõparatum scimus, ut saluto

dicta nuntius deiceps illi, ad quem missus est, quæ fidei suæ commissa sunt singula (multa.n. sæpenumero nuntiis nostris expediunda demandamus) ex ordine breuiter (si modo res ipsa breuitatem admittit) dilucide, argute, diligenter sine fuco exponit, scripturi igitur epistolam, nuntii locum, & animi imaginem nostri referẽtem principio (ut docuimus) salutem pmittitote, qua posita subsequentem occupabit locum narratio, quæ est idonea reru;, quæ absentes aut scire aut facere utriusq; nostrũ aut alterutrius cã uolumus, breuis relatio. i qua summopere usui erit, si prius diligẽti pmeditatiõe uobiscum i aio collegeritis quæ scribẽda sunt peride atq; corã, palãq; infrequẽti hoium cõuentu dicturi. Deinde aio concepta, quasi ex penu quadã, decẽti serie, structura uerborum (quæ aliquando ratione personæ, rei tẽporis seruata pulchra adagia, snias itẽ uersus, & alioru; dicta notabilia minime aspernantur) pura, latina, aperta, facilia nõ obsoleta, & desita, nec adfectata, nec fucata, nec phalerata, sed decora, gratiosa, florida, perspicua simplicia ac ppe plebeia, non obscura cõscripseritis nõ turgida nec aspera. Quod uero narrationẽ dixerim fore breuem, ita uelim accipiendum, ut ea breuitas rebus, quas scribitis se accommodet. Paucorum nanque succincta debet esse narratio, multorum, quæ paucis nolunt uerbis dici, longiuscula. Non enim (ut Plinius ad Cornelium Minutianum innuit) eam iure epistolã dixerimus longam, quæ necessario multarum rerum est referta. Nec itidem quispiam inficias ibit in epistola uel unica, res uarias scribi debere. Immo inculpati re una

Ars sequitur naturam.

Breuis sit epistola

Quibus uti possumus i epistolis

Breuitas qualis sit

Plinius

Epistola potest e ē longa narrata, aliam & aliam subinde, quam uoluerimus, citra tamen confusionem, sed uenusto ordine, coniunctaq; orationis serie connectemus. Id quod etiamnum authoritate Plinii facile obtineri crediderim. Cum ille ad Cornelium scribens dixerit. Et tamen memento etiam non esse epistolam longam, quæ tot cognitiones, tot dies tot deniq; reos, causasq; complexa est. Hæc ille. In summa dicimus personarum ad quas, & rerum de quibus scribimus, rationem semper, in omnibusq; habendum, et eam immerito epistolam cauillari prolixam, quæ res cōtinet multas, atq; magnas, nec longissimam, quæ memoratur, sed accersitur. Sed ne ultra, quam deceat, euagemur colophonem paulopost addemus, ubi eos hac in parte non audiēdos monuerimus, qui in epistolis scribundis partes quinq; & (si diis placet) sex, exordium, narrationem, diuisionem, confirmationem, confutationem, cōclusionem. quibus suas oratores intexunt orationes, perinde ac leges aliquot inuiolabiles pueris non præscribunt modo sed seruandas ubiq; præcipiunt. Quis eiusmodi insano nimirum capite doctorculos non demiretur uel sardonio quoq; cachinno minus subsannet? Necessū profecto fuerit, qui istorum præceptiunculis erudiri uelit, rationemq; epistolicam dignoscere, prius oratoriæ pcepta, & pene apices præcalleat. Debuerant utiq; misselli isti docendi magistri, uel ab uno præceptore nostro Scodrensi eius artis optimo artifice, & teste multo locupletissimo haudquaq; ignorare, ipsa narratione corpus ferme epistolæ totum contineri. Quanq; non me inibi fugiat, & apud Ciceronem & C. Plinium, et Philelphū

Nō qnq; epistolæ esse ptes

In malos doctores

Bec ichemus

alios'q; inuentum iri epistolas, quæ prædictis oratorio modo, partibus instruuntur, sed has quidem graues non familiares, tametsi in grauioribus illam nolim etiamnu; normam quasi ineuitabilem seruatum iri, quando idipsum rarenter modo usu eueniat. Quandoquidem, quod semel aut iterum factum sit, loco legis habendum, et in exemplum uenire leges uel imperatorum passim reclamarint. Verum inclamitāt isti, num pueris licere hac in parte negabis, qđ & eloquentiæ parenti, & aliis emūctæ liugua uiris licuit? Negarim utiq;, & eo usq;, quo ad firmiora artium fundamenta iecerint. Qualis enim (oro) pueris, quos illa docetis cum Cicerone collatio? Nonne, quæ sui cum mineruæ? & infantulo cum eloquentissimo? aut Nano cum Hercule? Sed isthæc missa facientes, a capite tandem ad calcem ueniamus, iquā iterum atq; iterum haudquaq̄ mihi placere, ut adulescentes ipsos eiusmodi dogmatis oneremus, nec etiā conuenire, ut per anfractus, scopulos, saxa, deuia, pueros ad Aonidum fontes ducamus, cum iter sit multo breuius & tritius perplacidos colles, per'q; arua florea. Alio nimirum opus est cibo, qui iam ætate robustus, alio, q ex ephœbis nondum excessit est. Concludamus itaque hoc de narratione loco, cum celeberrimo nostro præceptore Marino Becichemo, in grauioribus aliquando literis omnes orationum partes inueniri posse, sed uniuersas minime fore necessarias. Familiares uero præter salutationem quæ tamen subinde omitti potest, & præter rei monendo, commendando, recitando, postulando, conquerendo, gratulando, ridendo, iocando, fabulando, aut ali-

Quod semel fit lex nō ē. l. nā ad ea ff. de leg.

præcepta sint discētibus cōformia

Epistolæ familiares et graues.

nd significare uolumus narrationē, & p̄ter quālibet cō clusionē neq; īsinuatiōe opus sit ullum. His puto nemi nē nō fore cōtētum & sat seriæ fidei testē habere. Si ta men ipsi oīno meā solius sniam ad hoc rei quæsiueritis, & q̄d inibi existimem ēt, haud tātū q̄d usu & a magi stris nō pœnitēdis didicerim, pene suaserim scripturo epistolam uel ad imperatorem, uel regem uel principē uel hoc genus primores, aut ad alium quēuis, q̄ cum si bi nulla intercessit cōsuetudo, ut is initio quodpiam sibi instar fundamenti, super quo totum, quod uelit eu; ad quē scribit, uel facturum uel nosciturum eligat exordi um, aut (ut uulgo loquūtur) idoneum ad rē quā scri pturus est, argumētum, q̄d sit perinde ac ītroductoriū rei scribēdæ, quo attentiorē, beneuolentiorēq; eius, cui scribitur aīum constituere possit, hocq; pacto minime dici eum illotis & manibus & pedibus rē īcæpisse, id q̄d tum in ip̄m posset retorqueri, quando ex abrupto & quasi sutor (uti apud nostrates, p̄uerbio locus est) ad fo rū cursurus scribere cœpisset. Semper. n. si timuerimus eum, ad quē scribimus, arbitratu nostro minus facturū opus aliqua erit p̄paratiōe, qua cōueniētius ad id quod uolumus, p̄uenire est. Profuerit igitur magnopere scri pturo, prius (quēadmodū supra meminimus) aīo delibe rare, decernere, cōcipere, et demū uenusta uerborū dispo sitiōe, et exornata sniarū grauitatē stilo cōmittere. hæc sunt quæ circa narrationē, qua tota pene epistola cōflat recēsenda fuere. Erit post ista ī epistolio locus cōclusiōi cuius cōditiōnē cōnectemus, et breuiter q̄dē citra circui tū. Subdituri, quæ cōclusionē ip̄a ī epistola seq possunt.

Nauseæ de episto lis snia

Argumē tum epi stolæ

Adagia

Opus ē ī oī re deli beratione

Amussis tertia de conclusione epistolica.

Similitudinē adhuc docēdo sequētes arbitramur, & hoc loco epistolā nuntii officium gerere. Videtur sane ad nuntiū perbelle, imo aliquoties pene necessario attinere, ut expeditis quæ ī mādatis habet, sermonē fine quodā huic idoneo cōcludat, quo illi cui mādata detulit, dictorū, si nō de uerbo (ut dicitur) ad uerbū aptā saltē ītrīsecus repetitionē et cōmemorationē quādā faciat, quā plusculis cōclusionem, & ꝗdē (uelut mea fert snia) nō iepte appellare libuit. Est.n.cōclusio (Cicerōe authore) artificiosus oratiōis terminus, ab aliis cumulus, a Quītiliano poratio dicta etsi iter illa discriminis sit nōnihil. Q d' ut discutiamus p̄sentis mīme est officii. Reuertētes pinde, unde digressi sumus, ppulcrū ducimus, si epistolā scribēs eam p᷑st narrationē cōsentaneo quodā termīo quo scripta uideatur quodāmō repetere, cōcludat, dicta collecturus, aut eorū rōnē redditurus, aut ex illis aliqd illaturus. Qua ī re ꝙꝗ suus cuiq; mos est, & alio alius utatur termino a Cicerone tamē passī; tū & Plinio iuniore cōiunctione uideo usurpari, quæ sit potestatis aut collectiue aut rōnalis aut illatiue. Cuiusmodi sunt quare igitur, itaq;, iccirco, pinde & noīa significatu cōiunctionibus paria quædam, & oratiōes. puta quā ob rem. Quibus de rebus, & horum similia conclusionem sæpius efficiunt. Cicero lib. xi. ad Atti. Quare cum Antonio loquare uelim. Idem ad Brutum Subuenitur igitur per deos, idq; quāprimū tibi persuade. Idem ad Atti. lib. xyi. Adiuuabis igitur, mi capito.

Nuntii officium.

Cic. li. i. ae here. Quītilia.

Cicero Plinius

Termini cōclusiōis

idem epist. fami. li. xii. ad Caßium proinde fac tantum animum habeas. Inuenietis numero pene infinita exempla, attamen, ut uerum fatear, non semper iisdem cōclusionibus & dictionibus & Cicero & alii usi sunt. his certam posse his de rebus dari normam haud crediderim, quando quisq; quiuerit concludere suum ad arbitrium, & sane ut ipsa conclusio, iis quæ scripta sunt, cōsonent. Profuerit eam ob rem doctißimos quosq; imitari, quodq; illi in eo scribendi campo seruarunt, tuto seruari. inibi postremo minus uelim uos fugiat post conclusionem iri additum posse, quæ perinde atq; obiter succurrunt, puta, quæ uel in narratiōe memoriam fugere, uel hos aut illos huic aut illi commendare, amicos salutare, & si quæ sunt his similia. Quorum paßim pariter exempla apud bonos est authores inuenire, & a nobis quoq; obseruari quotidie uidetur Cicero ad atticū lib. xi. & est epist. iii. Tu, ut antea fecisti, uelim, si q erunt, ad quos aliquid scribendum a me existimes, ipse conficias. Tuis salutem dic. Cura, ut ualeas. Imprimis uero id, quod scribis, omnibus rebus cura, & prouide, ne quid ei desit, de qua scis me miserrimum esse, par quoque reperies in epistola mox sequente. Sed non est quod soli lucernam adhibeam. Non poßum hac in parte nō respondere (utcunq; obiter atq; tumultuarie) quæstioni nobilißimorum iuuenū Philippi, ac Cypriani a Thū fratrum germanorum, quam ex me post alios, sæpicule rogitarunt. An quemadmodum non liceret dicere duas aut tres, sed uel binas aut ternas literas, ita pariter per peram diceretur, binas aut ternas, uti frequentius, duas

Regula dari non potest

Cicero

Adagiū

Philipp. a Thun Cyprian.

aut tres epistolas? quid subinde rationis utrinq;, si nec illud nec hoc dici latine posit? Respondeo nimirum nō ea me ingenii felicitate præditum, nec eo demētiæ actū ut Leontini illius gorgiæ more ad omnia, quæ quisque quærat, me respondere posse existimem, maxime de iis, quæ primoribus uix labris attigi, & per Transennam strictim uidi, & qui in aliena sum possessione, quippe leguleiorum qui (ut exploratum est) intra nostra ætatem (ita enim inuitus audio) a musis sunt, & gratiis alieni, nempe quos eam constat tractare materiam (sane multiplicem) quæ minime admittat perpolitas orationis, ut ita dixerim, phaleras. Verum ingratus sim arbitror & difficilis plane iudicandus, & haudquaq; in amore respondens, si iis non morem gessero, quibus in me non sit, quisquam aut humanior aut honorificentior, qq; uera generis (quo nihil clarius) nobilitate, omniū uirtutum decore, bonarum artium studio & usu nemini sint secundi, sed uel cunctos in eo, quo sunt, ordine exæquent uel longo post se interuallo relinquant, quosq; ego non aliquos ex multis, sed ex multis pene singulares duxerim. Accedit præterea, excusatior meæ, uel quantulacunq; ea fuerit, solutionis excusatio, quod illud quæstionis ipsum genus nō satis tritum, immo plusculis etiam sit inexpertum, & a nemine (quod sciā) uel a paucissimis utiq; enodatum. Inquam proinde non me latere Seruium, Priscianum, Sypontinum doctissimos nimirum rei literariæ antistites, Aldumq; subinde literis etiam remotioribus non ineruditum, & reliquos pene omnes grammaticos magistros quosdam ueluti edi

Epistola differta Litera

Gorgias Legulei.

Nobiles a Thun

cto cauisse, serióq; (q̃ p̃tũ ipsorũ iterfuit) ĩbibuisse, ne q̃ uel esse uel haberi u elit latini sermonis ciuis, & nõ hospes, diceret aut duas literas, aut binas epistolas, quippe quæ in hoc indubie cõuenirent, ut dici posset, dedi singulis singulas literas uel epistolas. In maiori uero numero minime. Dici q̃dẽ frigidiuscule, dedi binas epistolas sed binas literas, & duas epistolas, ternas literas, tres epistolas. Hic quoq; falso a plerisq; scribi, dedisti binas ad me literas, quarũ alteri uel uni, sed quarũ alteris uel unis. Iõ. n. unus, a, um, multitudinis numero declinari ut iũgi possit cũ noĩbus unitatis numero carẽtibus. Fateor eq̃dẽ iter oẽs, quos ipse uiderim, grãmaticos cõstare, ut hæc numeralia, sic uocãt, noĩa, bina, terna, quaterna hocq; genus alia similia semp ĩ plurali numero cõgeminatis (ut duo cõsules, duo oculi, duæ aures, duæ manus) aut noĩbus pluralẽ tãtũ habẽtibus numerũ adiungerẽtur, ad eũq; modũ freqũẽter authores illis usos, ut bina mœnia, binæ ædes, ternæ nuptiæ, p̃ duæ domus, tria cõnubia. Attamẽ a nõ ĩfima authoritate oratoribus aliter obseruatum aliquoties uideo, quorũ p̃culdubio authoritate grãmaticorũ canones cedunt, quũ illa hi obfirmẽtur, & nullius sint citra eã nec roboris, nec fidei. Inueni eq̃dẽ, & tumultuaria mõ lectiõe apud Ciceronẽ oĩs latinitatis lõge pricipẽ ĩ libro ad Brutũ (mõ codex uel huius uel alterius nõ mẽtiatur aut librariorũ ignauia, aut expositorũ temeritate corruptus sit) Nõne cernimus uix singulis ætatibus binos oratores laudabiles cõstitisse. Idẽ Cic. in oratore sæpe. n. singulis utẽdum est, plerunq; binis, et utrisq; addi pedis pars põt, nõ fere

Noĩa numeralia

Grãmaticorum canones

Cicero

ternis amplius. Idē paulopost nec ullū est dicēdi aut melius, aut fortius binis aut ternis ferire uerbis, nōnūq̄ singulis. Itē apud Fabium li. orat. inst. ix. Ergo cum cōstēt quatuor pedes binis, octo ternis spōdeum lōgis duabus pyrrichium, quē alii periābum uocāt breuibus. Et paulopost. Ex iis uero, q ternas syllabas habēt. Apud Plinium quoq; Cecilium li. yi. ad Calphurniā cōiugē. Quo impensius rogo, ut timori meo quotidie singulis, uel etiam binis epistolis consulas. Idem eodem ad Arrianum libro. Et inualuit consuetudo binas uel singulas clepsydras, Possem ad hoc utiq; rei & aliorum scriptorum testimonia adferre, nisi insto essem longior. Censuerim ex adductis exemplis facile colligi posse, eum defensandum, qui uel scribit uel dicit binas & ternas, duas et tres epistolas, quanquam illo rarius, hoc frequentius Cicero (quem ego in scribendis epistolis, struendisq; orationibus antesignanū collocauerim) forte usus sit. Immo ille (ni fallor) cum aliquo uti numero uoluit frequentius epistolæ nomen quam literarum usurpauit. Raro me hercle, & uix semel aut bis inuenietis eum scripsisse binas, ternas literas, cum tamen potuisset, sed fere semper duas, tres epistolas, sæpe tamen absolute citra numerum determinatum, literas. Cic. li. familiarium. xiiii. ad Terētiā, Tulliā, Ciceronē. Accepi ab Aristocrito tres epistolas. Idē li. ad atti. ix. Tres epistolas tuas accepi postridie. idē. li. xiiii. ad att. duas a te accepi epistolas heri. idē lib. xy. ad atti. duas a te accepi epistolas, respōdeo igitur priori prius. hæc ille. Verū quid pluribus? quādo ītuēti lynceo cuncta pateāt. Ego moe

Fabius

Plinius

Aduerte

Lynceus

Duæ epistolæ — do nos hoc loco admonitos uelim, sine discrimine pene dici, duas aut binas epistolas, non autem binas aut duas

Binæ literæ — literas, quoniam hoc latinis, & romane loquentibus incognitum, illud uero receptum sit. Hinc equidem ipse non dicendi mag:ster, sed plane existimator hāc colligē dam putaui normam. Nomina multitudinis numero so

Nota regulam — lum declinata cum nominibus numeralibus duo, tria, quatuor, ac eius generis aliis nunq̄ sed semper cum bina, terna, quaterna, idq̄; genus reliquis coniungi. Præterea hæc ipsa (& alia eiusdem notæ numeralia) bina terna quaterna tam cum nominibus unitatis, q̄ multi

Authoritas scriptorum — tudinis numeri copulari, hocq̄; (ut ostendimus) maximorum scriptorum authoritate, quam sexcentis hac in re Seruiis, Priscianis, Perotis, Manutiis, aliisq̄; hoc genus grammaticis antepofuerim. Potuissem & aduersus hos adducere Plinii. C. Taciti. Q. Curtii, cæterorumq̄; historicorum celeberrimorum exempla, sed uerebar ne quis eruditior q̄ amicior existimaret in ea me sententia esse ut putem mox licere oratoribus, quod historicis.

Quæq̄; facultas sua habet uocabula — Non hercle me fugit uel ex Ciceronis. i. de leg. libro. Id commune omnium esse artium, ut sua cuiq̄; sint, & peculiaria uocabula, eoq̄; fieri, ut aliquoties nouarum sint rerum noua facienda nomina, aut ex aliis transferenda

Nota — hocq̄; græcos plerūq̄; factitasse. Scripturum igitur epistolas cautum esse oportet, ne utatur aut poeticis aut historicis uocabulis, nisi ea sit scribenda materia, quæ uel

Historici Oratores Poetæ — poeticen uel historiam oleat, tum quidem rei uerba merito conformabit. Adiecerim & illud historicos inter oratores & poetas esse medios, eaq̄; ratione utriusq̄; ali

quando

quando uocabulis illos cum moderamine uti. Nolim & insuper uos præterire epistolam & literas in multitudinis numero synonyma esse, & alterum alterius loco sæpe numero fungi (quod & in aliis pariter synonymis, quæ Romulus noster Amasæus contra doctissimorum doctrinas nulla plane esse, nescio quo ductus spiritu nuper, reluctāte nostro doctissimo Scodrense negare solebat, quo de alias plenissime disserui) usu uenit. Vbi tamen uobis aduertēdum erit, ne absq; delectu, perinde ac aceruo qcqd primum obuiam uenerit (q̄ plusculos facere obseruauimus) quouis in loco ponatis. Atqui uix posse puto reperiri duo usq; adeo synonyma .i. noīa unius, eiusdēq; rei significatiua, ut forma, decor, pulchritudo, quæ nō alicubi in aliquo dissideant. Esto .n. rē notēt eandem, tamen aliud & aliud honestatis, sublimitatis, decoris, iucunditatis, uehementiæ, uocalitatis, in cōpositione aliquoties p̄ se ferunt. Quæ sane obiter uniuersa ita a me dicta uelim, ut doctioribus suā reliquerim opinionem. A quibus etiamnum errores (si quis est cōmissus) ueniam rogans, uirgæ manum subiicio, si a me peccatū est. Postulat locus ad ultimā, cui uale dictiōi nomē est, amussim eamus, quā, uti alias, breuiter explicabim.

Synonyma

Romulus

Scodrensis

Nota

AMVSSIS QVARTA DE VALE dictione, & quæ illā sequuntur.

IMitabitur & hac ultima parte nuntii uicem epistola. Is nanq;, ubi, quæ in mandatis habuit singula fideliter illi, ad quem missus fuit, narrarit. discessurus iam

tum eũ, cui nuntiũ detulit, iterim uale dicit, seq; ex mo
re cõmẽdat. Ita pariter. ubi oĩa, quæ uoluistis ĩ epistola
cõscripseritis, subsequẽs erit locus, ualedictiõi, quæ ẽ bo
ni exoptatio. Hanc aũt unico uerbo uale a receptissimis
Vale scriptoribus exprimi aiaduerto. Est. n. uale discedẽtis sa
Varro lutatiõis uox. Qua Varrone & Seruio testibus eos, a q
Seruius bus recedimus, aut a nobis absentes iterea ualere, et sal
uos fore poptamus. Et ẽ illud uerbi ex eorũ, quæ & in
utrãq;, tã bonã, q̃ malã partẽ accipi solita sunt, numero
pinde ab aliqbus nõ, nisi cũ adiunctiõe uocabuli, qđ bo
ni sit significatiuũ, ut sũt bene, fausliter feliciter usurpa
tur, id qđ tamẽ ueteribus, & romanæ liguæ pricipibus
nũq̃ aut raro prsus uiderim obseruatũ, nec ea opus ad
ditiõe cẽsuerim quoniã significati ambiguitatẽ, quæ in
hoc genus extat dictiõibus, persona, ad quã scribimus,
facile submouet. Quis. n. amicum male ualere optet?
Præterea epistolæ uerba haud obscure arguũt amice, an
inimice eũ, ad quẽ scribimus, ualere. ĩprecemur. Hinc su
peruacaneum duxerim, inibi longius ĩmorari. Modo nõ
uos præterire uelim, ad hoc ipsum uerbi plerunq; adii
ci eius, ad quem scribimus, nomen in uocandi casu cum
idoneo aut dignitatis aut amicitiæ notamine, Epitheto.
Quemadmodnm & in salutationibus plerunq; fieri ad
Epitheta solet, tum quoq; & alia subiungi uerba, ut sunt cõmen
amicitiæ dationis, quæ quasi obiter irrepsere. In quibus ipse do
ctiorum consuetudinem suaserim omnino inspiciẽdam,
& temporis, in quo cuncta mutantur, rationem pror
sus habendam. De salutatione & uale dictione exem
plum est (utimur autem nostro, ut nostis, more liben

ter admodum, facilius instituendorum puerorum gratia exemplis) apud Marcialem lib. ix. Ad Toranum. Aue mi Toranni, frater charissime. Vale, & para hospitiū; Curius l epist. Cic. li. ii. ad. M. Ciceronē. Ergo patrone mi, bene uale, Tironēq; meum saluta nostris uerbis. Maro Aeneidos. ii. (illius enim hic authoritas nostro quadrat proposito) Iamq; uale, & nati serua communis amorem. Quibus utitur uerbis ad Aeneam Creusa. Horatius lib. i. ad Vinnium: Asellam (cur non poetas etiamnum citem, quando & ipsi doctissimas carmine epistolas scriptitarunt?) Vade, uale, caue ne titubes, mādataq; frāgas. Cicero (quem ego uobis, æque ac scopu; quēdā oi tpe emulādū studiosissime uolo) li. ix. ad Atticū, uale. Tuas literas iā desydero post fugā nostrā nunq̄ iā nostrum eorū interuallū fuit & reliqua. Longiores forte quā debuimus hoc loco fuimus, sed nos posse rōne defensitari putamus, quoniā hoc rei ab aliis nō ita perspicue, & quidem non tot, tantisq; tantorum, authorum muniminibus & expositum & probatum meminerim. Quod si nossem, eandem sæpius cantilenam cecinisse merito dici possem. Cæterum non mei est moris, quæ alii ante me docuerunt, nisi causa quapiam iustiore interueniente, perinde atque mea repetere, nec alienis me pennis uestiri, quamuis mihi curta in re literaria sit supellex. Hinc non est, quod nuper nasutulus quidam, & audaculus homuntio, sed magnus omnino sciolus, quiq; inglorius aliorum, quos sinistre Theonino dēte mordet, laudi et gloriæ detractor mea, quæ de puero literis īstituēdo, succisiuis q̄dē horis cōscripsimus

Exēplis utēdū est p discentibus
Marcialis
Cicero
Maro
Horatius
Adagiū
Modus
Nauseæ
scribēdi
In quēdā zoilum

consilia per transennam duntaxat, quia rerum modo capita, intuitus communi mox utilitati, quæ inde futura est parentibus, suisq; filiis, citra rationem inuidens, alterum me Quintilianum (hac autem nomenclatura in dedecus meum se abuti existimauit, et si ignorarim maiori mihi honestamento, an detestabiliori sibi ignominiæ & de honestamento eam ipsam usurparit. Laudi utiq; mihi esse crediderim, quod tam in exiguo nostro opusculo Quintiliani laudatißimi rhetoris, aureum & maximum opus comprehenderimus, quodq; tam omni ex parte emuncti authoris elegantißimum stylum retulerim sed tantum abest hoc me inibi cõsequutum putem ut ne umbram illius grauißimi polyhistoris in scribendo charactêris exprimere effingereq; (me quisse adfirmarim) nuncupare non erubuit, nimirum significans, sed falso & inique me Fabiana tantum dogmata in nostrum libellum comportasse, & æque ac furem Quintiliano subtraxisse. Sed quid mihi cum isto magno sciolo, & angulari, eoq; fumoso humuntione? Quando magnã uitæ suæ, quæ somno simillima est, partem in magno angulo cum magnis & eisdem præ somno obesis, glyribus & muribus conterens, delitescensq; adeo & uultum nigredine subduxit, & oculos somno & fumo præstrinxit ut uel in meridie Hypsea cæcior cæcutiat, seq; in angulo (unde sibi cognomen) cum glyribus dormitare, corrodere, mußitare semper autumat. Inde est, ut qd in primo sibi libro orato. institu. Quintilianus uoluerit talpa cæcus plane nesciat, siluerim istius magni scioli uanitatem, qua seductus Quitilianum se capere opinatur.

Quitiliãi Laus

Adagia

Cuius ne tituli inscriptionem accipit. Non enim ille, uti nos, de puero literis uniuersis, sed oratoria instituēdo uolumen scripsit, quanq; mea cum illius doctrina plerisq; in locis conuenerit, quod idipsum accidere mihi poterat qui forte eius scripta nunq̄ legissem. Quis enim inficiabitur, diuersorum ingenia hominum aliquoties aliqbus in rebus sibi una constare? Hoc nimirum negans, neget necessum est, nullam unq̄ inter homines fore aut cōuentionem aut concordiam, at ea negatiōe quid naturæ magis dissentaneum? Facessat igitur magnus iste & angularis sycophanta ac caueat de Quintiliano, Minerua sus ipse uerba faciat, in quo explicando complures non infima uiri literatura non in umbilico modo (ut prouerbio utar) hallucinati sunt, sed uel in portu nauigium impegerunt, & cantherii in porta cecidere. Velis ergo, tu stupide ac stolide bipes, cui nullo non tempore nasturcio opus est, tanto de authore blatterare. Os tuum fœtidū latrinæ, quæ sit sentina quaq; fœtulentior, adhibeto, et caue, moneo, fatue corœbe, cui sit minerua supra q̄ dici potest pinguis, crassaq;, de scriptoribus iudicare. uerū consultius facturus, si clancularius ipse angulū, in quo a cunabulis delituisti, irrepens cum glyribus & muribus tuis mussitaueris. Nolim sane te, qui manum ferulæ nunq̄ subduxisti, mihi meorum laborum esse Aristarchum, quando habeam & Catones & Lælios & Palæmones, doctissimos cēsores, quibus esto, quæ male scripsi, Carbone notandi ius, aut quæ bene dixi; pollicem, quod in adagio fertur, premere. Illi nanq; indices integerrimi, quorum tibi clypeos suo opponam tēpore, mea

Sæpe duo ignotissimi utriq; i scribēdo cōcordāt

Adagia

Aristarchus

Catones

Lælii

Palæmones

Adagia

nõ furta, sed plane scripta cum iãpridẽ indicarunt tam albo probarunt calculo. Sed quid mihi cum Asino bipede? Nonne istum fore sciebam mihi zoilum, quando dedicatoriã mihi ad Hieronymum meum a Vitalibus pullastrellum epistola cõficiebam. qua bestiæ tibi satis arbitror occursum, modo oculi tui, fumo, quo ĩ angulo multũ obrutus fuisti, & rubigine obducti literarũ lineas inspicere queant. Eas autem tu in malam crucem, nos eo, unde deflectimus, reuertentes admonemus ualedictionem aliis. præter illa supra dicta, uerbis ab authoribus inuẽtam. Quandoqdem cura, ut ualeas apud Tullium non uno in loco scriptum repererim, li. ii. ad Trebatiũ. Cura ut ualeas lib. yi. ad atticum. Pyliæ & filiæ salutem. Id em idem uerbũ sed futuri temporis. Valebis, inquit, igitur, & puellæ salutẽ articulate dices, nostræq; pyliæ, idẽ li. iii. ad. Q. Fratrẽ. Cura mi suauissime, & charissime frater, ut ualeas. Sũt ꝑterea, ꝗ scribũt uiue et uale, Hora. li. ad Nomitiũ uiueuale, si quid nouisti recti us istis. Laudibus iperti. Sũt et alii fortassis modi ualedictiõis plures quos facile est uolẽti sparsim ĩuenire, uerũ usitatiorem esse per uerbum uale, arguit Ouidianus ille Acontius ad Cydippam scribens, Clausaq; consueto sit tibi fine uale. Hinc est optimi iuuenes, ut in re literaria bonorũ authorum cõsuetudinem scribendi, supra omnes regulas esse contendam. Inde est etiamnum, quod nõ multum peccem, etiam si casu ualedictione minus fuerim usus quoniam & eam eruditissimi sæpenumero obmiserint, mihiq; usu uenire aliquando meminerim. Id quod uel incuria quadam, uel festinatione, uel obliuione

Hieron. a Vitalibus

Verba ualedictiõis

Ouidius

uel alia deniq; aliqua causa, ne hic modo tantum sed in salutatione etiamnum euenire potest. Hæc itáq; admonuisse hoc sufficiat tēpore, Docturi sumus deinceps quæ uale dictionem ipsam uulgo sequuntur.

AMVSSIS QVINTA DE LOCO ET *tempore in epistola adnotando.*

INualuit sane consuetudo, & legis ferme loco apud plerosq; omnes cæpta est haberi, ut ipsis in epistolis, presertim res grauiores, quæ uel futuræ cōmodo aut in commodo esse possint; complectentibus, salutatione, narratione, conclusione, uale dictione singulis suo (uti mōstrauimus) loco collocatis, subiiciatur deīde loci, ubi scripta est epistola aut data nomen, moxq; subinde tempus quo hæc ipsa & data & scripta sit, subiūgatur, id qđ pro re, tempore, persona futurum esse potest (quemadmodū diximus) nōnunq̄ usui, nōnunq̄ nec obesse nec prodesse, ideoq; aliquoties hic mos obmitti queat, foreq; in scribentis, qui, quid scribat necessum est cogitet, arbitrio Quibus in rebus quid seruandum nobis sit, paucis animaduertite, quia paucis absoluemus. De loco talis erit doctrina. Scribitur haud dubie epistola quæque, aut in urbe aut oppido, aut pago, aut domi, rure bello, prouincia, regione, insula, monte, hocq; genus, si qua sunt alia, locis. Vbi tres memoriæ canones mandentur. Loco quō signetur tres regulæ.

Ex primo notabitis in epistola urbium, oppidorum, pagorum, ubi scripseritis, nomina si sint primæ uel secūdæ inflexionis, in genitino ponenda, ut Vale Romæ, Primus Canon

augustæ. Patauii, Blancicampi. Sin tertii fuerint declinatus, uel multitudinis numero tantum declinata, i auferendi seu ablatiuo casu citra ppōnē collocāda ut uale. Senis, Parrhisiis, Venetiis, Chrysopoli, Treueri, Chartagie Ex secūdo Canone nō erit silētio trāseundū, hæc

Secūdus Canon

noīa domus, rus, militia bellū (quæ aduerbii uice funguntur) in genitiuo, rus tamē in dādi casu poni, si inibi epistola fuerit aut data aut scripta, ut uale. domi, cui poteritis addere meæ, tuæ, suæ, nostræ, uestræ. hoc. n. mō in loco poni dicuntur. Ruri, ēt latine collocabitis ī ablatiuo cū ppōne in ut uale. Ex domo mea, ex rure, ex bello, ex militia. Ex tertio canone minime ptereat nos puinciarum, regionum, insularum, montiū noīa, sextum cū ppositione ex postulare casum, ut uale. Ex Venetia, ex Insubria, ex Alpibus, ex Cypro. Item amant & ablatiuū cum ppōne in. Et est in his & paribus orationibus subaudiendo dictio, data, missa, scripta, aut alia conformis. Et hactenus de loci, q ad epistolæ finē scribi consueuit, notificatione, restat deinceps ut de tēporis, quo epistola scripta, aut missa est, adsignatione dicamus. Quā forte hac in amussi poteramus expedire, nisi caput in iustum uolumen crescere posse formidini fuisset. Opportuniorē igitur locū subsequēti ī amussi hic tractatus uēdicabit.

Tertius Canon

AMVSSIS SEXTA DE TEMPORIS in epistola notificatione.

Diximus & ipsum tempus, quo epistola scribitur aut mittitur, plerosq; fere omnes circa epistolæ fi-

nem adnotare consuesse, & alium ab aliis morem seruari solitum. Solent aliqui diem uulgari consuetudine exprimere dicentes. Die Ianuarii secundo nonnulli magis uulgato more scribunt. feria (si ita dicere licet) secũda tertia &c. post domini circuncisionis, subintelligentes in his genitiuis accusatiuum festum, ut sit grammatica constructio. data est secunda feria (consuerunt .n. dies singulos post dominicam diem quæ uere appellatiõe feriarum uenit. feriam abusione quadam appellare) post festum circuncisionis domini. Sunt præterea tempus gẽtilium more notantes. Vale Romæ. Die Mercurii, Iouis Attribuentes singulis diebus suum planetam. Dominicæ quasi primæ hebdomadis diei solem, secũdæ lunam tertiæ Martem, quartæ Mercurium, quintæ Iouem, sextæ Venerem, septimæ, quæ alioqui Sabbati est Saturnum. Cæterum in his & aliis id genus scribendi formulis neminem mihi obstrinxerim, nec eiusmodi modos, ualde probarim, nempe antiquioribus incognitos, & a doctis romanæ linguæ scriptoribus haudquaq; receptos. Velim itaq; uos hoc loco eruditos & eo in scribendi genere peritos, emũctos, elegantesq; imitaturos. Illi nimirum tempus, quo aliquid uel scribebant uel agebãt. aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus significabant, quod uidere est apud eloquentiæ parentem Tullium. Apud Plinium clarißimum scriptorẽ, quorum utrunq; extra omnem aleam & ordinem, uel consensu omnium, posuerim & in omni sermone latino imitandum uobis duxerim, & erit minus, quo error poßit alicui inscribi, adeo uterq; horum literis est latinis optimus, apertißimus, ters

Modi scribẽdi tẽporis in epistolis

Feria
Feriæ

Significatio dierũ a planetis

Mos scribendi romanorũ

Tullius
Plinius

sissimus. Verũ ꝙ materia calẽdarũ, nonarũ, iduũ accipi & debeat & possit, rẽ breuiuscule ita habete, pricipio liquet ætates & tẽpora, quæ uel uiximus uel uiuimus annorũ numero supputari, cẽtũq; annos unũ dici seculũ Annũ subide scribit Macrob. li. Sat. prio a Ro. regibus in mẽses discretum duodecim hebdomadas uero duas & quinquaginta, diemq; unum. Dies autem trecẽtos sexaginta qnq; & sex horas. Deiceps cuiq; mẽsium certũ dedisse dierum numerum Aprili scilicet, Iunio, Septembri, Nouembri triginta. Februario duo detriginta. Cæteris unum & triginta dies. Anno tamẽ bisexto (quẽ ita uocabant, quia quatuor annis elapsis eueniẽs, patribus dies Martii bis pro uno recẽseretur, biduum ꝓ uno die habeat) diẽ additũ, addiq; hodie unum. Tũc enim duobus diebus continuo bisexto dicimus Calendas Martias duo uidelicet dies pro uno computantes. Id q uod plane in quodam nostro libello, cui uulgaris est titulus cõputus ecclesiasticus, olim a nobis pene pueris Rotemburgæ, quod Franciæ orientalis ad Tabur flumen oppidum est longe celeberrimum, cõposito tradidimus. Ad rẽ itaq; dies cuiusq; mẽsis. deinde ꝓdidit idem Macrobius in calendas, nonas, idus fuisse diuisos. Nec singulos habere uel calendas uel nonas eodem numero. Siquidem Maium, Octobrem, Iulium, Martem sex, reliquos uero nonas recipere quatuor. Idus autem singulos menses octo capere. Quot autem quisq; mensis contineat calendas, facile colligetis, supputato nonarum & iduum numero Notatu dignum postremo erit, primo quoq; die mensis dicendum scribendumue calendas. Quinto nonis. Ter-

Diuisio temporis

Dies anni

Annus bisextus

Rotẽburgium

Tabur

Calendæ

Idus

Nonæ

tiodecimo idibus, & hoc uerum ubi nonæ erunt quatuor. Nam ubi sex dicendum est. Septimo die mensis nonis. Quintodecimo idibus in sexto casu reliquis uero diebus pridie, tertio, quarto calendas aut nonas aut idus in casu quarto. Semper retrosum numerando, usq; ad eum diem, quo aut calendis aut nonis aut idibus dicendum sit, quemadmodũ paulopost magistri fidelis officio functurus uniuscuiusq; mẽsis oculari exemplo, perinde atque per manus traditurus apertissime ostendam. Iam iã, ut quæ dicta sunt uobis fiant & faciliora intellectu & euidentiora, scitote unumquemq; diem mensis primum calẽdas (est hoc nomen pariter & nonæ & idus numero multitudinis tantum declinatum) dici, hinc, qui ab eo denominantur, dies esse in præcedenti mense, quod pariformiter intelligetur de nonis & idibus. Sunt nimirum in uno quoque mense tres (ut paulo supra notauimus) dies speciali designati nomine, puta calendarum, nonarum, iduum. Dies uero præcedentes hos, ab iis in casu ablatiuo appellationem recipiunt. Dicite ergo primo die Ianuarii, si in eo literas conscripseritis, calendas ianuarii. Si uero in secundo eiusdem mensis die, dicendũ erit quarto nonas. In tertio, tertio nonas, in quarto, pridie nonas. Deinde nonis. Quibus ita retrorsum relatis pari subinde numerabitis, & retrogrado quidem ordine, idus, quarum, ut audistis quoque in mense octo sunt. Dicturi octauo idus Ianuarii, septimo idus. Sexto idus. Quinto idus & sic deinceps usq; dicẽdu; putatur secũdus idus. Dicite pridie idus. Postremo i ablatiuo casu idibus ianuarii. Quib⁹ sic finitis pari

Calendæ
Nonæ
Idus

formiter recensendæ ueniunt calendæ, quæ etsi in men se ianuario ponuntur, sequentis tamen februarii uidelicet mensis nomen obtinent. Scribendum proinde est altero post finitas ianuarii idus die. decimo nono calendas februarii, dehinc deci[illegible] octauo calen. decimosep. calē. februarii. Ratio autem eiusmodi relationis in promptu

Notandū est, quia dies cuiusq; mensis primus calendæ solus est. Cæteri ergo qui antecedunt in anteriore mense ab hoc primo die nuncupari cœperunt. Inde dabitur clauicula soluendæ orationis huius. Quarto calendas februarii et aliarum hoc genus orationum. Quandoquidem in quarto intelligi scierim die, nomen substantiuum cum ꝑpositione ante. Vt sit. Quarto die ante diem calendarum februarii. idem accipiendum est de appellatione nonaruꝫ et iduum. Quas sane ob res, quoniam earum essem ignarus, memini me puerum olim adhuc paruulum sæpe a plagosis Orbilii simillimis magistris ferulæ manus sub

Orbilius ludimagister

ducere coactum, at nec demum ab istis, quomodo intelligerem edoctum, uel quia ipsi ignorarent, uel quod latiorem subinde etiamnum sibi uerberandi occasionem fore existimarent. Sunt enim (proh hominum fidem) nō nulli non tam puerorum doctores q̄ euersores, q cum

In plagosos ludimagistros

ipsi sunt ineptissimi, & asini plane ad lyram rerumq; omnium ignauissimi pueris instituendis præfecti magis uerberibus q̄ bonis uerbis in adulescentulos ipsos sæuiunt, & quos bona utiq; fide erudiendos suscepere, nihil aliud q̄ literas odio ꝓseq discunt. Fugit nimirum istos carnifices, bipedum longe omnium pessimos puerum, rationis adhuc impotem, admonitione magis quam plagis

meliorem reddi, & bonis artibus imbui posse. Ego certè semper exosculatus fuerim Quintiliani fidelißimi, grauißimiq; doctoris optimam in pueris instituendis sententiam, quippe qua uel aduersante Chrysippo, discipulos maxime ætate tenellos, cædi nollet, cum quod deforme admodumq; seruile sit, tum quia natura fere uenire sæpenumero resciuimus, oppido rarenter eum uerberibus meliorem reddi, cuius fuerit mens tam illiberalis, ut ob iurgatione corrigi & nolit & nequeat, proinde prouerbio dari locum crediderim. Eum fore incorrigibilem, q sui ipsius emendator esse neglexerit. Esse præterea frugifera doctoris in docendo diligentia qui potest. Si nulla est ab alienati discipuli attentio? Si qui docetur nō suā adponat, accommodetq; mentem, curam, operam; est sane in eo, qui literis, bonisq; moribus suos discipulos uelit imbuere, energia, gratia lepore latente quadam, quæ se transfundit in eorum animos, opera, & efficacia docere & discentium desiderium, studiumq; allicere. Quod si deesse præceptor puero deprehenderit, nonne rectius fuerit eum (uti doctor ille Alabandensis Apollonius solebat) a docendi illius labore desistere, minusq; pueros apud sese perdere pati, aut hortationibus uel pro re austerioribus uerbis, quā uerberibus docendum pro uirili cogere? Verum, quid isti importuni castigatores, dignoscere queant, qui se fuisse discipulos minime sciant, nec quæ sit præceptoris prouincia meminerint, ut q porcorum, quam puerorum pastores sint, magis idonei. Hic ingenui & ingeniosi pueri scholas & literas fugiunt, & studia quæ amare nondum possunt, interneciuo quo

Quitiliāi docendi modus

Chrysippus

Adagiū

Apollōii docendi ratio

Modus docendi

dã odio persequũtur, qđ ego puer olim sum exptus, ita ut uel tũ literis bellũ fere idixeri, nisi adeo ad illas mea meminerua ipulisset, Videbar siqdẽ multis non uulgari sapiẽtia uiris nõ aduersis (ut dicit̃) musis, natus, utcũq; res aliter iterim fato nescio quo, ifaustiore obstante, cesserit. in hãc aũt uel iusto lõgiorẽ digreßionẽ expaciati sumus, nõ, q̃a nolim oino discipulos a pceptore corrigi qđ ut ptenderim, longe abest. Verum ne inibi modus in puniẽdo sit iniq̃or, maiorq; pena q̃ culpa, ætatisq; semper ratio habeatur. Cur. n. nõ indigner, aut (qđ Christianum decet) nõ acerbius hæc admoneam, quando ipse memoria cogito, obortisq; lachrymis reminiscor, fratrem mihi germanum Michaelem puerum olim nonum agentẽ annum sæuitia pceptorũ citra noxã trucidatum puerũ mehercle tãtæ spei indole & aio ita literis pcoci, ut puer adhuc patriæ uocari ceptus erat ornamẽtũ, & quo alũno (si aspera fata illũ minus intercepissent) Frãcia uel tota suo se tẽpore paßim fuisset. Sed isthæc deo reliqueri, cuius arcana nemini sane cognita sunt, cuius deniq; forte nutu factũ est, ut is ois oino culpæ expers regna cœlestia iustior poßideret, qđ ego charitate motus germana, puer pene etiãnũ hoc tetrasticho declarau.

Modus sit i puniẽdo

Michael Nausea

Epitaphium Nauseæ Michaelis

I puer i frater Michael Michaele ministro.
Angelico, meritos accipe rite polos.
Te defleam? minime, quoniã sine crimine mortem
Gustaris, cœli gaudia iure tenes.

Verũ hæc alio attinẽtia dimittẽtes, modo q̃a obiter i pceptorũ mẽtionẽ icidimus, admoĩtos ipẽdio uelimus quosq; urbiũ & pagorũ patres rectoresq; optimos ut subide in

eligẽdis pceptoribus, ĩ hisq; examinandis cura sit uobis minime uulgaris, iuxta pariter meminentis multũ indu bie bonos & sanctos pceptores ciuitatibus pdesse, prauos itidẽ & pditos obesse. Adeo nimirũ refert hos uel illos esse pceptores, ut adfirmarim eos oĩum esse bonorũ malorũq;, quæ ubiq; locorũ fiũt potissimã causã. Vos itaq; has ob res habito scrutinio ab istis, si qui hmõi reperiũtur sceleratis ludi magistris, qui uerberibus tãtum tonant, tamq; crudeliter ĩ discipulos sæuiunt, iusta animaduersione, rigoreq; (ut ita dixerim) iure, ex poscẽte hoc serio iustitia suppliciũ sumite, eosq; a cætu hoĩum eliminate, a doctorum gymnasiis, ciuiũ cõsortio secludite, expellite, relegate penitusq; extirpate. Nolite, quæso tãtũ ipsis peccati, temeritatis, sæuiciei licere, istosq; nefandos hoĩes tã iniquo & licẽtioso cædẽdi iure mĩme abusuros permittite. Dignos Aedepol iudicabitis, ut ad Aricinos axes mẽdicẽt scalisq; Gemoniis expẽdantur, eiusmodi excarnificatores, ĩfanticidos, puerorũq; corruptores. in eos igitur aĩaduertite quũ isti sint & habeãtur in qbus puniendis uestra sit iustitia semper illustrior futura. Quis enim unquam inficias iturus est parem esse iustitiam malos punire, & bonos præmio donare? Non utique uirtutẽ sine laude neq; ultiũ sine uituperatione fas est pterire. Sed qd philosophari tẽtarim? Quãdo neminẽ clã sit humanis etiãnũ legibus decerni, in malos seuerius aĩaduertendũ, bonos uero ubiq; tuẽdos, hinc legibus oportere cõiungi arma, ac alterũ plerũq; altero ĩdigere. Constat & inter omnia iure etiamnum Cæsareo nimiã præceptoris sæuitiam culpæ assignãdã. Nõ est ergo, qđ

Aricini axes

Scalæ gemoniæ

l. miles. ff. de re iud.

l. aduocatos. C. de aduocatis

formidandum sit in istis tortoribus uel pro re acrius tor quendis puniendisq;. Quanto enim putamus sæuitũ iri in istos plagosos pædotribas & decentius & iustius, q̃ ipsos olim Romanos, alioqui inter omnes orbis terrarum populos sapientia longe clarissimos Phaliscorum præce ptorem ex urbe eiecerunt. Memorabili haud dubie ar gumento, ciuitatum primoribus rei literariæ puerorũq; instituẽdorum curam fore multo maximam debere. Suf fecerit hæc nostro erga literarum amatores summo adfe ctu attigisse, tantillumq; nostræ indignationi, uel insue to more, indulsisse uelim uniuersi ea in re, quicquid ex officio monuimus, boni consulant, non aũt eam in partẽ me dixisse arbitrentur, ut iustis, & doctis, modestisq; præceptoribus gratiam iniquus inuideam, et pueros ali cui ob uitia, si quæ cõmiserint, correctioni subiiciendos negem. Quod ut senserim, tantum mediusfidius abest, ut etiãnũ nihil plane mollius q̃ adolescẽtulis ĩdulgẽdũ putem, uerum omni in re, quæ optima est uirtus, modũ, quoad fieri possit, tuendum. Idem & de præceptoribus accipiendum uolo, quos ego tanto profecto honore ad ficiendos exoptauerim, ut parentibus ipsis etiam corpo rum, eos contulerim, nec unq̃ quoq; in illos habendum iuris, cumq; Satyrico lubens dixerim, doctores sanctos loco parentum fore, hosq; non minus q̃ ipa studia amã dos, planeq; mentium, corporibus longe excellentiorũ parentes ubiq; & semper habendos, quibus deniq; pro fideli in docendo labore par mercedis nunq̃ repensum iri crediderim. Cæterum, hæc iam tandem missa facien tes, eo regrediamur, unde diuertimus, de que temporis,

Præcepto res bonos esse uene randos

Iuuenalis

quod

quod in epistolarũ calce subiungitur, notificatione sermonẽ digreßiuncula hactenus uel obiter ĩterceptum resumemus. Erit ꝓinde (uti expꝛ̃ßimus) meo iudicio nobis cõsultius, modũ cõscribẽdi tẽporis ultimũ, q̃ est calẽdarũ, nonarũ, iduum, ĩ obsignãdis literis obseruare qđ his ueteribus & iisdẽ doctißimis oĩno peculiaris fuerit. Ea ãt singula ad unguẽ putauerĩ, fideliq; studio, uel ultra alios (absit gloriemur) a nobis explicata. Quibus tamẽ haudquaq̃ cõtẽti operã sane nauabimus, ut ꝓuerbio qđ aiũt. Apertas fore musarũ ianuas debere, a nobis plane satisfactũ dici poßit, si qđ rẽ, de qua sermo cæptus est haberi ita cãdide, euidẽter, oculariq; demõstratiõe ostẽsuri, ut uel lippis nõ futura sit nõ maxie illustris. Subtexemus nãq; typũ ea depictũ cura & industria quo nõ unus tãtũ ex modis adnotãdi tẽporis supra expositis, sed q̃sq; & uideri & capi queat. hocq; exequuti sumus, quo ĩde iuniores iuxta ac natu (q̃bus aliquoties et hæc pariter minutula sunt ĩcognita) grãdiores, quisq; suã poßint capere partem, & a nobis in medium omnino esse cõsultum cognosceretur. Quo ꝓterea, qđ q̃sq; desideraret absq; calculis & ĩuestigãdi labore suo loco, citra morã, inueniret, et illud quoq; ipm Ephemeridis loco hẽret. Quãq̃ fortaßis erunt, q̃ hoc studiũ nõ modo nihil nõ pensi sint facturi, uerum ẽt peride atq; in triuiis docendum, uel postica sanna, tanq̃ per quã rude solutius ridebunt, nõ est, qđ ob id male audiã, modo conatus meus (qđ spero) iustæ lectorum parti fore utiles intellexero. Curæ ꝓfecto mihi solum est, ut literarum studiosis ꝓ uirili ꝓsim. Sed sinas de lana caprina suspitionem, uide exẽplum de ianuario mense primum, & subinde alia aliorum exempla. Adagium

IANVARIVS				FEBRVARIVS			
1	A	Ci	Calen.				
2	b	si	4 non.				
3	c	o	3 non.				
4	d	ia	pri die non.	1	d	Bri	Calen.
5	e	nus	nonis	2	e	Pur	4 non.
6	f	Ep	8 idus	3	f	blas	3 non.
7	g	ual	7 idus	4	g	us	pri die non.
8	A	er	8 idus	5	A	ag	Nonis
9	b	hard	5 idus	6	b	dor	8 idus
10	c	nen	4 idus	7	c	fe	7 idus
11	d	di	3 idus	8	d	bru	6 idus
12	e	cat	pri die idus	9	e	ap	5 idus
13	f	oc	iditus	10	f	sto	4 idus
14	g	fe	19 cal. Februa.	11	g	las	3 idus
15	A	li	18 cal.	12	A	ti	pri die idus
16	b	mar	17 cal.	13	b	ca	idibus
17	c	an	16 cal.	14	c	na	19 cal. Marti
18	d	pris	15 cal.	15	d	lent	15 cal.
19	e	ca	14 cal.	16	e	iu	14 cal.
20	f	fab	13 cal.	17	f	li	13 cal.
21	g	ag	12 cal.	18	g	con	12 cal.
22	A	um	11 cal.	19	A	iun	11 cal.
23	b	den	10 cal.	20	b	ge	10 cal.
24	c	ti	9 cal.	21	c	tunc	9 cal.
25	d	Pau	8 cal.	22	d	pe	8 cal.
26	e	po	7 cal.	23	e	trum	7 cal.
27	f	no	6 cal.	24	f	Mat	6 cal.
28	g	bi	5 cal.	25	g	thi	5 cal.
29	A	le	4 cal.	26	A	am	4 cal.
30	g	lu	3 cal.	27	b	in	3 cal.
31	c	men	pri die calen.	28	c	de	pri die calen.

1	d	Mar		Calen.	1	g	A		Calen.
2	e	ci	6	non.	2	A	pril	4	non.
3	f	Rin	5	non.	3	b	in	3	non.
4	g	ad	4	non.	4	c	am	pri	die non.
5	A	ri	3	non.	5	d	bro		Nonis
6	b	an	pri	die non.	6	e	si	8	idus
7	c	per		Nonis	7	f	i	7	idus
8	d	de	8	idus	8	g	uest	6	idus
9	e	co	7	idus	9	A	is	5	idus
10	f	ra	6	idus	10	b	o	4	idus
11	g	tur	5	idus	11	c	uat	3	idus
12	A	Gre	4	idus	12	d	at	pri	die idus
13	b	go	3	idus	13	e	q;		idibus
14	c	ri	pri	die idus	14	f	ti	18	cal. Maii
15	d	o		idibus	15	g	bur	17	cal.
16	e	cir	17	cal. April.	16	A	ti	16	cal.
17	f	ger	16	cal.	17	b	et	15	cal.
18	g	trud	15	cal.	18	c	na	14	cal.
19	A	ul	14	cal.	19	d	ler	13	cal.
20	b	ba	13	cal.	20	e	san	12	cal.
21	c	be	12	cal.	21	f	cti	11	cal.
22	d	ne	11	cal.	22	g	quo	10	cal.
23	e	iunc	10	cal.	23	A	q;	9	cal.
24	f	ta	9	cal.	24	b	Ge	8	cal.
25	g	Ma	8	cal.	25	c	Mar	7	cal.
26	A	ri	7	cal.	26	d	ci	6	cal.
27	b	a	6	cal.	27	e	q;	5	cal.
28	c	ge	5	cal.	28	f	ui	4	cal.
29	d	ni	4	calen.	29	g	ta	3	cal.
30	e	tri	3	calen.	30	A	lis	pri	die calen.
31	f	ce	pri	die calen.					

MAIVS					IVNIVS				
1	b	Phil		Calē.	1	e	Nic		Calen.
2	c	sig	6	non,	2	f	mar	4	non.
3	d	crux	5	non.	3	g	er	3	non.
4	e	flor	4	non.	4	A	as	pri	die non.
5	f	got	3	non.	5	b	bo		Nonis
6	g	io	3	die non.	6	c	ni	8	idus
7	A	an		Nonis	7	d	fat	7	idus
8	b	la	8	idus	8	e	um	6	idus
9	c	tin	7	idus	9	f	pri	5	idus
10	d	ne	6	idus	10	g	mi	4	idus
11	e	pi	5	idus	11	A	bar	3	idus
12	f	ne	4	idus	12	b	ce	pri	die idus
13	g	ser	3	idus	13	c	ri		idibus
14	A	et	pri	die idus	14	d	ni	18	Cal. Iulii.
15	b	soph		idibus	15	e	ni	17	Cal.
16	c	ma	17	Cal. Iunii	16	f	te	16	Cal.
17	d	ius	16	Cal	17	g	ꝗ	15	Cal.
18	e	in	15	Cal.	18	A	mar	17	Cal.
19	f	hac	14	Cal.	19	b	pro	13	Cal.
20	g	se	13	Cal.	20	c	thas	12	Cal.
21	A	ri	12	Cal.	21	d	alb	11	Cal.
22	b	e	11	Cal.	22	e	ach	10	Cal.
23	c	te	10	Cal.	23	f	a	9	Cal.
24	d	net	9	Cal.	24	g	Io	8	Cal.
25	e	ur	8	Cal.	25	A	an	7	Cal.
26	f	ba	7	Cal.	26	b	Io	6	Cal.
27	g	ni	6	Cal.	27	c	dor	5	Cal.
28	A	pe	5	Cal.	28	d	le	4	Cal.
29	b	de	4	Cal.	29	e	Pe	3	Cal.
30	c	cris	3	Cal.	30	f	Paul	pri	die Calen.
31	d	pe	pri	die Calen.					

IVLIVS					AVGVSTVS			
1	g	Iul.		Cal.	1	c	Pe		Cal.
2	A	Pro	6	non.	2	d	steph	4	non.
3	b	ces	5	non.	3	e	steph	3	non.
4	c	ud	4	non.	4	f	pth	pri	die non.
5	d	al	3	non.	5	g	os		Nonis
6	e	oc	pri	die non.	6	A	sixt	8	idus
7	f	uil		Nonis	7	b	aff	7	idus
8	g	ri	8	idus	8	c	ci	6	idus
9	A	li	7	idus	9	d	ro	5	idus
10	b	fra	6	idus	10	e	Lau	4	idus
11	c	ben	5	idus	11	f	ti	3	idus
12	d	mar	4	idus	12	g	bier	pri	die idus
13	e	ham	3	idus	13	A	hyp		idibus
14	f	ri	pri	die idus	14	b	eu	19	cal. Septēb.
15	g	ap		Idibus	15	c	Sūp	18	cal.
16	A	post	17	Cal. Aug.	16	d	ti	17	cal.
17	b	al	16	cal.	17	e	o	16	cal.
18	c	ar	15	cal.	18	f	a	15	cal.
19	d	nol	14	cal.	19	g	ga	14	cal.
20	e	phus	13	cal.	20	A	bern	13	cal.
21	f	brax	12	cal.	21	b	bar	12	cal.
22	g	Mag	11	cal.	22	c	ti	11	cal.
23	A	ap	10	cal.	23	d	mo	10	cal.
24	b	Cris	9	cal.	24	e	Bar	9	cal.
25	c	Iac	8	cal.	25	f	tho	9	cal.
26	d	an	7	cal.	26	g	lo	7	cal.
27	e.	mar	6	cal.	27	A	ruff	6	cal.
28	f	paul	5	cal.	28	b	Aug	5	cal.
29	g	sin	4	cal.	29	c	col	4	cal.
30	A	ab	3	cal.	30	d	auc	3	cal.
31	b	don	pri	die cal.	31	e	ti	pri	die cal.

1 d	Om		Calen.	1 f	De		Calen.
2 e	ne	4	non.	2 g	cem	4	non.
3 f	no	3	non.	3 A	ber	3	non.
4 g	uem	pri	die non.	4 b	bar	pri	die non.
5 A	ber		Nonis	5 c	ba		Nonis.
6 b	le	8	idus	6 d	Ni	8	Nonis
7 c	on	7	idus	7 e	col	7	idus
8 d	qua	6	idus	8 f	Con	6	idus
9 e	the	5	idus	9 g	cep	5	idus
10 f	o	4	idus	10 A	et	4	idus
11 g	Mar	3	idus	11 b	al	3	idus
12 A	tin	pri	die idus	12 c	ma	pri	die idus
13 b	bric		idibus	13 d	Lu		idibus
14 c	ti	18	cal. Decēb.	14 e	ci	19	cal. Ianua.
15 d	us	17	cal.	15 f	a	18	cal.
16 e	ot	16	cal.	16 g	ſan	17	cal.
17 f	poſt	15	cal.	17 A	ctus	16	cal.
18 g	hec	14	cal.	18 b	ab	15	cal.
19 A	e	13	cal.	19 c	in	14	cal.
20 b	li	12	cal.	20 d	de	13	cal.
21 c	pre	11	cal.	21 e	Tho	12	cal.
22 d	ce	10	cal.	22 f	mas	11	cal.
23 e	cle	9	cal.	23 g	mo	10	cal.
24 f	criſ	8	cal.	24 A	do	9	cal.
25 g	Cath	7	cal.	25 b	Nat	8	cal.
26 A	con	6	cal.	26 c	Steph	7	cal.
27 b	ra	5	cal.	27 d	Io	6	cal.
28 c	di	4	cal.	22 e	pu	5	cal.
29 d	ſat	3	cal.	26 f	tho	4	cal.
30 e	An	pri	die cal.	30 g	me	3	Cal.
				31 A	Sil	pri	die Cal.

SEPTIMA ET VLTIMA AMVSSIS de epistolarum inscriptione in tergo.

HActenus de calendis, nonis, idibus et hoc genus aliis qbus ipa, qbus epistola ē, aut scripta, aut tabellario tradita, generati, et membratim, uel ad Nauseam usq; ita tractauimus, ut pene nullius eis in rebus sub inde diligētia desiderari possit, restat posthac ultimam sub iungam nostræ prouinciæ partem, quæ inscriptio in tergo nuncupari potest non autem suprascriptio quia supra ppositio non componitur; quoniam ignoretur quomodo ipsa ueteres usi sunt (nō enim in manu extant quas illi exararūt literæ) prioribus haud iniuria partibus uideri potest diffusior, q̄ angustior, hocq; in hac cautio habenda maior, quo usus sit ferme singulorum, qui scribunt uariabilior. Adsolet enim nunc inibi ille scribendi mos adulationem pari gradu subsequi, isq; se emunctius rem absoluisse arbitrari, cuius est dictio epithetis suis, perinde atq; phaleris, magis ex polita siue (quod uerius dixerim) fucatior, & absentationi proprior, id quod ad internitionem improbarem, nisi ea apud omnes abusionem inualuisse exploratum haberem, et illis, ad quos scribitur, lenocinari, indeq; sibi ipsis quodammodo in sinu placere. Quo fit, optimi adolescentes, ut nullius uestrum mihi fidem facile obstrinxerim in tam diuerso scribentium more. Consulerim tamen, uos neminem unum authorum nisi optimum quenq; sequuturos, & qui ueteres illos romani eloquii principes maxime reddat, ideo nullus (arbitror) iure culpabit, coarguetq; si uobis, qbus hæc

rogantibus cõmunicantur, quãtã possum breuitate quædam hanc ad rem epitheta (ita nominitant uoces quæ cum ipsæ adpositiuæ adiectiuæq; sunt, substantiuis nominibus uel discretiõis, uel proprietatis uel ornatus gratia addi consueuere) ex authoribus uere latinis, puta ex Cicerone, Qntiliano, Plinio, Salustio. T. Liuio. Q. Curtio. Cæsare. C. Tacito. Vergilio. Ouidio. Horatio. Terẽtio Plauto. Gellio, idq; genus probatis scriptoribus (a q̃bus eiusmodi dictiões maxĩe petũtur) ex certa ita subnecterem, ut distincte quisq; sibi, ad personam, cui scripturus sit, idoneos posßit reperire terminos. Nã uix in eo scribendi genere quispiam daturus certam est regulam, sed utile fore cõsilium nemo inficiabitur, si multos & uarios, eosq; plane politos lectitaueritis, ex iis, quæ digna sunt, inter legendum excerpantur. notentur, pro cuiusq;, cuius semper ratio est habenda, dignitate ac meritis. Quandoquidem par pene in ĩscriptionibus, qui in salutationibus, canon obseruari solet. Est enim eius, ad quem scribitur, nomen cum idoneo aut laudis aut ꝓfessionis aut meriti aut officii aut horum simili termino in dandi, uel (quod aliquando factitauere) accusandi cũ præpositione casu forinsecus in literarum tergo notandus, adiuncto eius, ubi is, cui literæ reddantur, uitam agit, loci nomine eodem ĩn casu, hunc ad modum Generoso et iclyto Baroni Christophoro a Suarzẽbergio magnanimo illustrißimi principis Gulielmi clarißimi Bauariæ ducis Aethnarchæ Mecœnati suo longe omnium decantatißimo. Qua in oratione & huius similibus subaudiri conuenit dictionem dentur, reddãtur litere,

Veteres authores legendos

Epitheta authores latinitatis

Regula ĩscriptiõis uix dari potest

Exẽplũ ĩscriptiõis

uel epistola detur r eddetur, aut q̃d horũ simile. Q d, ut luce (sic dicũt) meridiana clarius fiat, sit hæc paulo post adnotatio exẽplaris manuductio, quã nobis seruato personarum, quoad potui, ordine, fidelius, docibiliusq; q̃ tersius elegantiusue paßim, uelut dixi ex receptis au thoribus tumultuaria lectione collegi. Supremũ itaq; locum supremus occupabit Pontifex.

Ad Pontificem Maximum scripturi iis forinsecus in epistolæ tergo epithetis uti poteritis.

MAximo Christiani orbis põtifici. Summo Christiani gregis moderatori. Sãctißimo, beatißimoq; papæ. Clemẽtißimo diuini cultus pastori Leoni decimo.

Ad Caridinalem.

PIentißimo in xp̃o patri ac domino. D. Cardinali dignißimo Romani pont ficatus Cardinali Mattheo Langio Germano Tit. Ad Patriarcham.

OBseruãtißimo, pientißimoq; patri Dominico Grimano patriarchæ Aquileiensi.

Ad Archiepiscopum.

PIentißimo Paulo zabarellæ et amplißimo Pariẽ. Archiepiscopo, Patauinorũq; ep̃o lõge dignißimo cõsuere neoterici uulgo addere clausulã dei gratia, quæ ĩ oratiõe in xp̃o ĩtelligi sane põt q̃uis neutrum ꝓbarim.

Ad Episcopum.

REuerendo item clarißimo (hocq; maxime obseruãt scribẽtes ad eum, q eps, tẽporali perinde atq; princeps ditiõe fungitur) p̃suli, amplißimo p̃suli, ubi admonẽdos utiq; nos uelis hæc superlatiuæ appellatiõis noia reuerẽdißimus, obseruãdißimus, et bis paria male,

Notãdũ

et cō.ra grāmaticæ canones a nobis plerisq; cibus usur pari, quoniā reuerēdus, obseruādus gradū nullū nec cōparatiōis nec superlatiōis recipiūt. Vice tamē horū dicere reuerēdißimus, obseruātißimus grāmaticis pscriptis cōsentanea magis. Sed quotusqsq; est, q nō publicā uiā ire malit? Par ferme sed tamē i significātiæ uirtute, est in ea scribēdi abusiōe domino. D. & c. quādo lōge i aliū cōstet accipi sensum uoculā dominus. Verū, nō has mihi uēdicauerim partes, quo isthæc aliaq; eiusmodi sexcēta æque uti paleas & zizanias ex tritico excribrem, expurgēq;. Sat erit nobis, quæ erronea sunt notasse. In reliquis lampada criticis demandamus. Reuerendissimus Obseruādissimus Dominus

Ad Abbatem.

REuerēdo Antonio a gallis sanctæ Iustinæ Patauii Abbati, religionis item antistiti unico.

Ad Monachum.

EXimia religiōe, et sūmo in oi scia uiro. Benedictinæ pfeßiōis monacho Ioāni Malatestæ Mātuano suo plurimū uenerādo, cuius sane uiri, nō tā expli, q̄ singularis mēoriæ (qua nihil mihi dulcius) gratia mētionē facio. Est. n. is nō lōga mō sed perpetua plane mēoria dignißimus, quū ædepol ignorari, an eo uideri uiro, quicq̄ religiōe sanctius (siluerim ipam, qua pollet generis nobilitatē) pietate admirabilius, humanitate iucūdius, doctria exercitatius, et i oi laudis genere ad antiqtatis exēplar expßius. Qd' eqdē nō eius solum ad me literis undecūq; doctißimis, sed et corā palāq;, dulci profecto cōsuetudine, sum expertus. Faxint dii imortales, ut ille nobis diutißime incolumis superſit. Ioannes olim Vincentius Malatesta.

Ad præsbyterum.

OBseruando, atq; integerrimo Christi militi psbytero Vdalricho Burchardo Blancicampiano, principis ac præsulis Bambergensium sacerdoti.

Ad Theologum.

DOctissimo diuinarum literarum interpreti uiro Theologiæ magni nominis professori eximio Theologo, & præter alios uenerando Georgio Smalzingio Beierrentino suo.

Imperatori seu Cæsari.

INuictissimo, et iclytissimo Romanorū iperatori. diuo itē Cæsari semper Augusto Carolo eius nois quto poteritis & illum patriæ patrem dicere.

Ad Regem.

SEreniſsimo Anglorū regi Hērico huius nois octauo. Potentissimo Hungariæ regi Venceslao Christianissimo Galliarum regi Francisco.

Ad Principem & Ducem.

ILlustrissimo principi Gulielmo, clarissimo Bauariæ duci. Præclarissimo principi, Fœderico, illustrissimo Saxonum duci.

Ad Comitem & Baronem.

ILlustri ac inclyto comiti Vdalricho a Mōtfortio. Generoso & pllustri Baroni Ioanni a guargēbergio.

Ad Cæteros Nobiles

SPlendidissimo equiti aurato, Magnifico equestris ordinis uiro Vdalricho a Hutten, militiæ decori haud sane ignobili uiro nec etiam indocto. Summo nato loco, & a scientiis non alieno Nobili itē genere, uirtute quoq;

nobilissimo. Hic non ignorandum est, nostri tẽporis more. Comites & Barones nobilissimos, generosissimos illustres, inclytos adpellari.

Ad Præfectum militiæ.

MAgno gloria uiro, bellicisq; rebus clarissimo Georgio a Phruntbergio. Decantatissimo Heroi strenuo bellatori, & alteri Achilli. Bono bellatori, militariq; scientia perito. Belli gloria famigerato, ac alto aīo heroi inclyto militaris disciplinæ duci.

Ad Senatorem & Consulem.

GRauissimo patricio Senatoriq; Norico sapiētissimo Bilibaldo Pircheymero, uiro grauitate sancto, atq; multæ fidei. firmo iudicio uiro, et pari cōstātia senatori.

Ad iurisconsultum.

IVris magistro sapientissimo Vito Verlero, uiro bono multaq; prudentia, & iuris diuini atq; humani perito. Legum atq; morum impense docto. iuris & publici & priuati sane perito.

Ad Philosophum.

AMplissimo & memoria nostra Philosophiæ amicissimo doctori. Grauissimo philosoporum. simul etiã præstabili uiro sapientia modestissimo in philosophia uiro, ante alios uenerando

Ad Poetam.

NObili atq; docto poetæ Quintiano Stoæ poetæ inclyto, & nostra memoria doctissimo uiro igenio sane elegainti, & musarum alũno haudquaq̃ ignobili.

Ad Oratorem.

HOnesto atq; amœno ingenio oratori Marino Beci-

chemo Scodrensi, uehementißimo necnon disertißimo oratori. Omnibus ferme nostræ ætatis oratoribus anteferendo & eloquentium longe eloquentissimo: inclyto eloquētiæ magistro, & dicendo plurimum præstabili.

Ad Dialecticum.

ACerrimo dialecticæ disciplinæ uiro. Filio naturæ exploratori, maximoq; sapientiæ cultori. Indagādæ ueritatis, pfundioris quoq; scientiæ studiosissimo.

Ad Medicum.

HVmanæ salutis moderatori, auxiliatoriq; accuratissimo. Expertissimo medicæ artis professori.

Ad Mathematicum, Astronomū, Arithmeticum.

FIdelissimo diuini numinis interpreti. Syderalis scientiæ professori intra nostram ætatem celeberrimo Subtilissimo supputatori et ingenii acumine plurimum laudato Ioanni Stabio.

Ad Musicum.

COelestis harmoniæ emulatori dulcissimo Musico nostræ ætatis resonantissimo atque uocalissimo, Thespiadum choro coniunctissimo Baldassari Scipioni Vueisemburgio.

Ad Grammaticum.

VIro tam græcis q̄ latinis literis & uaria scientia prædito. Non ignobili grammatico, uerum in bonarum literarum opere frequentissimo. Viro latinæ linguæ humaniorisq; studii eruditissimo. In studiis humanarū admodum egregio Philippo Melanchtonio.

Ad Ludimagistrum.

SVmma authoritate docendi uiro, & uirtutis ac honestatis grauißimo adsertori literarii ludi p̄sidi, & uiro erudiēdæ iuuētutis itegerrimo. Virtute et prudē

stia claro atq; doctrina īstātissimo Vuolgangho Barbæ Baierreutino ludimagistro. Miro istituēdæ pubis artifici, et ludi literarii celeberrimo moderatori. Est tamen (ut in aliis) semper loci, ubi agit pædotribam nomē ad iungendum. Ad adolescentem.

CAndidissimo atq; ornatissimo Tyroni. Forma atq; ingenio liberali, tū quoq; adulescēti a literis bonis haud quaq; abhorrēs. Probatæ indolis adulescēti, moribus et forma bene ornato, adulescentulo moribus & literis spectato, faciliq; igenio. Optimo iuueni, & i literarū cultu emūctissimo. Ad Ciuem.

INtegerrimo uiro atq; honestate plenissimo Ioanni a Vitalibus ciui Patauino bonæ fidei magnaq; prudētia ciui.

Ad Virginem & Mulierem.

PVdicissimæ mulieri, & thori matrimonialis decori Magdalenæ a Vitalibus, patronæ hospitiq; suæ omnium longe prudentissimæ. Honestissimæ fœminæ, summaq; pbabitate mulieri. Virgini castissimæ et pudicitiæ cōseruatrici integerrimæ. Floræ puellarum omnium florentissimæ. Hisce (ni fallor) titulis, aut (si mauultis) Epithetis eos, ad quos scribitis, decorare, &, si usu uenerit, corā. palāq; nūcupare poteritis, quos ego ex receptis (ut dixi) authoribus, nō data opera, sed obiter iter legēdū, ut quæq; dictiūcula in manus uenit, obuiāq; se oculis pbuit, collectos hūc in modum usui uestro, ordine, quantum intellexi, personarum seruato congessi. Erit āt in uniuscuiusq; arbitrio me in his uel sequi uel posthabere uel ab aliis me doctioribus

discere. Mon ui sane ea in re supra scribendorum titulorum nullam nobis a maioribus esse imitationem nempe quorum literas manu scriptas & obsignatas haud ullus uiderit. Vsum proinde nostri temporis, et doctiorum cōsuetudinem inibi uel solam considerandam censuerim. Profuerit & hac in parte postrema adnotasse quæpiam esse epithetorum quæ citra discrimen cuiuis personarū dignitate officioue pollente conueniunt. Eius sunt generis amplus, præclarus, celebris, magnus, integer, eximius, honestus, humanus, præstans, excellens, modestus, insignis, bonus, candidus, ornatus. Et si quæ sunt similia. Poterit etiamnum, qui scribit, seruata personæ, ad quā scribitur, ratione, positiui gradus nomina in superlatiui transmutare. Nemo enim est, adeo ignauus qui quācūq; etiam in re dignitatis, conditionis, ætatis, uitæ, doctrinæ uirtutis, hocq; genus aliorum rationum haud habendā putet. Nec illud subinde in dubium ueniat, posse quemcunq; ad quem scribitur. ex uoto, modesta laude extolli, commendariq;. subiuncto uirtutis, dignitatis, charitatis nomine. Cuiusmodi est dilectus, amandus, dignus, in eo, quo placuerit comparationis gradu. Solent nūc quoq; (licet, ut mea fert sententia, satis perperam) ubi uel dicendum uel scribendum est tibi aut uobis, & huiusmodi alia in aliis quibusq; casibus pronomina, uice horum calamistratis, nescio quibus, uti epithetis ac honoris uocabulis hoc quod ipsum non uulgarem quandam adsentationem præ se ferre dignoscitur, & uel eo imprimis fugiendum, quod a ueteribus illis emunctæ linguæ uiris incognitum fuerit. Postremo (quo semel receptui

Cōsuetudinē doctorum seruandā

Epitheta generalia

canatur

tanatur (non negauerim; unam quanq; posse personã a scientiis, artibus, uirtutibus, quibus haec ipsa inclaret, modestius, & non ab una modo arte, sed pluribus etiã/ nium, si in ea fuerint, laudari. Euenit enim persaepe ut cui scribimus, sit & poeta, & theologus, Philosophus, Iurisconsultus. Si igitur eiusmodi fuerit, ad quem scri/ bitis, ipsum a quacunq; facultate exornare minime de/ decebit. Caetera diligens bonorum authorum lectio, & eruditorum, qui in rebus sunt uel humanis uel non, imi tatio facilius suppeditabunt. Sed haec hactenus. Verũ/ tamẽ, ut totum, quod hucusq; de epistolica scriptiõe de dimus, cuiq; uestrum, uel puero ad unguem inotescat, meo more usurus subiiciam exẽplarẽ, ut ita dicã manu/ ductiõem, & qdem epistolae, qua nuper fratri meo Ge orgio pluscula ex me rogitanti respondi, exẽplum, qđ haec in uerba ꝑtreptico calamo cõscribendum censui.

FOEDERICVS NAVSEA BLANCI/ campianus candido iuueni Georgio Nauseae Blancicampiano fratri suo unice dilecto. S. P. D.

RECTE, Georgi charissime mi frater, naturam ipse imitatus pietatem in me tuam plane germanam exhibuisti, si/ mul & demonstrasti. Natura sane mo nemur, ut fratres, alter in alterum prae caeteris, quorum beneficiis obligamur, pii simus. Qui au tem tuam erga me amplius pietatem desyderem? Quo

fuisse maiorem charitate agamennonem natu grandiorē in fratrem annis plusculo minorē. Africanū itē Luciū Fulviū deniq; Flaccū, publiūq; Rutiliū, aut quosuis demū alios, q uel a ueteribus græcæ uel a Romanæ historiæ scriptoribus admirandæ pietatis in fratres cōmēdātur, prsus negauerim. ii nimirū, aut horū, si q. sunt, alii pares fraterno dūtaxat amore, corporis ꝑtextu, mutuo usi depħēduntur. Verum tu fraterna permotus pietate non modo corporis uerūetiā animi mei salutis rōnem habes. Quādoqdem cui rei ꝙ aiæ saluti adscripserim? qui meo de honore simul & dignitate plurimū solicitus, qd in causa extiterit, qđ post inclyti mei Mecœnatis (q cum iuxta mori atq; uiuere debuerim) Pauli Suarzenbergii generosi Baronis a Patauio discessu solus hic post habita perīde patria, qua nihil charius tibi, māserim, certior fieri flagitas. Curā deīde mei pariter corporis haud uulgarē uideris habere qđ si male ualuerim, quo laborarim morbo edoceā expetis. Subiit & aliud, cuius per noscendæ desyderio teneris, aīum respiciēs. Cur uidelicet aliquoties a serio legū studio (qđ uerbo leguleorū ais totū exposcere hoiem) deflectēs leuiores illas artes (sic poeticen, & oratoriā uocas) reuisam Paulopost nimiū meo ingenio (quod mediusfidius aduersis pene musis magna conatur) tribuēs me cōsulis an ex re tibi fore putē, si uxorē ducas, et si usui, qualē cōsulā. Postremo quæris, q mihi pataniū nusꝗ te[illegible]um urbs nō celebrata, huiusq; cœlū arrideat, ac cuiusmodi sit, et quare hæc ipsa (ut uulgo noiatur) padua nūcupari pene perinde atq; id dictionis ipsum barbariem aboleat, desies

rit, breuibus expon̄a. Primū, suauissime mi frater, grati-
as tibi ago, multo maximas, qđ tam corporis, quàm ani-
mi mei salutem usq; adeò cordi habueris. Faxo proinde
mos a me tibi geratur & ad illa quæ cupis, responde-
tur, quoad dabitur & diligēter & breuiter, quādoqđē
& uersiculis, q paucissimi plerūq; multa cōplectuntur
& pedestri sermone, p reuē tempore acturus. Nolim ta
men subinde si iusto sim diffusior, & uix inter epistolā
& librum discrimen faciens, me plane Nauseam agere
adfirmes. Cæterum, memineris uelim alterutrum omni
no aduersus te (si ita futurū sit) retortū iri, aut qđ tu
te ītristi, tibi (ut ī adagio) exedūdū ē, cui pluscula ro-
gáti, non paucula necessum sit reddātur, aut ne lōgā exi
stimes epistolā, quæ tot sit quæsitis respōsura. Primo igi
tur nolim mireris qđ ego, relicto meo Mecœnate gene-
roso, cui sane nihil non debeo. In Italia resederim. Siqui
dem, quomodo in Germaniā, quæ pcul hic distat, pfici Quare F. N. germaniā nō petiuerit
scerer, qui tum diuturnā, & ea qdem admodum incom
moda ualetudine adfectus ægerrime pedibus insisterē,
& ad uicinā uix domū claudicarē? Sed inqs, quafuerit
distētus ægritudine? Nescio amātissime frater, an fidem
mea apud te uerba inueniant, ubi qđ ualetudinibus ad
mortem pene excruciatus fuerim, recēsere perrexero, qp
pe quibus numero totidem uix oceani (ago hac in par-
te poetam) arenas contulerim, legēs olim demirabar in Plinius li. xxvi. c. i.
Plinii naturalis historiæ libro eruditione refertissimo il
lud loci, quo ille deorum iras inclamans supra trecenta
morborum genera deos noua homini pene innume-
ra immisisse, & adhuc nouos omnique æuo priore

incognitos ubiq; ferme locorum morbos apparere. Mirum est, quam sim nunc ab admiratione alienus, nempe cui authori uel me unicum testimonium satis esse posse crediderim, totusq; adeo paucos ante dies morbis confectum, ut tibi non epistolam, sed iustum etiam uolumen non orationem sed historiam prorsus contexere queam. Incassum proinde hoc loco pedestri dictione, uerum carmine potius; quod non ars sed dolor ingens eructauit, egerim; carmine, inquam quod a nobis animam prope agentibus diuæ deiparæ Mariæ, quæ in Ottinga Bauariæ pago colitur, cõsecratũ hæc ĩ uerba humiliter serpit.

NAVSEA DIVAE DEIPARAE MARIAE VOVIT.

HEi, qd agam? aut quo me uertã, quid deniq; restat
Suppetiarum inopi, diua Maria mihi?
Adspice, membrorum miser officio ipse meorum
Destituor, totis uiribus ecce meis.
Vertice de summo ad plantas non fausta supremas
Vlla ualetudo, ast illa sinistra mihi est.
Namq; ipsum, pars prima, caput uexatur acerba
Scabritie, & crebris uertitur ore sonis.
Lurida Syncipiti, dirum occipitiq; dolorem
Instillant flammis ulcera sæpe suis.
Insomnes & agunt oculi, naresq; catharro
Inflantur, macies dedecoratq; genas.
Oraq; palescunt misero, scabrosa fatiscit
Lingua, tremens partes non agit illa suas.

T empora languescunt, aures, penitusq́; cadentes
Flaccescunt, canas barba fouetq́; comas.
B arba, suis uix iam primis detonsa capillis
Cuius prima genas flore iuuenta colit.
G allica ceruicem rabies, sine fine, cruento
Excruciat tabo, haec sit modo franca lues.
G uttura letifera reddunt raucedine uocem,
Ante ea quae claris intonuere modis.
P ectora continuo concussa dolore tremiscunt,
Haec simul & fibras, sanguine nuda, mouent
P allida dein saeuit pituita, comes uenit una
Nescia curari, tabe repente Phthisis.
P ristina costarum ceciderunt robora, ducó
Ilia lentus, opem brachia pigra negant.
N on ullaeq́; manu, qua uix uelocior olim
Altera, scribuntnr, mente uagante, notae.
V iscera torquentur, stomachus nimiũ male nauset,
Hinc mihi cognomen Nausea rite datum est..
F oedior hinc foedo manat foedissima uentris
Proluuies, quam non quaeq́; medela fugat.
I nfirmus nequeo tremulis consistere plantis,
Quod titubant nodis, crura soluta, suis.
A dde quod occultis morbus me regius urget,
Quem sequitur feruens igne podagra nouo,
N unc mihi quid superest misero, dic (quaeso) malorum
Corpore in exiguo cui queat esse locus?
A h mihi quid superest, nisi laxa cutis, simul ista
Ossa, uorant carnes ulcera saeua putres.
Additur, extremo atq́; meo dolor ille dolori,

Omnibus ut lætis triste ego solus ago,
E t cum Thersygero celebrat plebs festa Lyeo
Et Baccho soluit orgia læta deo.
V nicus hicq; dolor subiit mea pectora, gentes
Inter ut externas, ceu peregrinus ago.
Quandoquidem Italiæ Pataui me ducere mœstos.
(Inuito genio) dii uoluere dies.
H ic ubi non aer mecum nebulosus ad unguem
Conuenit, ingenio nec placet ille meo.
V nde mihi hæc? merui quo crimine tanta? misellus
Peccaui (fateor) sed quibus oro malis?
N unquid ego accessi magnum rescindere cœlum?
Atq; Iouem celso despoliare throno?
Nunquid Solis equos? Siculi num more Tyranni
Subtraxi uestes ædibus ipse sacris?
N um, duce me, Elysio rapta est Proserpina diti?
Aut triplici latrans gutture triste canis?
N unquid cum Turcis Christi conscindere plebem
Iuraui? an sanctam commaculare fidem?
N um ipse cruci adfixi (quo non crudelius unquam
Est scelus inuentum) fœdus apella deum?
G randia commisi (fateor) peccata, sed horum
Quis poterit numero, dic, meminisse breui?
E n me Tisyphone diris circundedit hydris,
Reddidit anguineis colla superba comis
T antaleis angor uiciis, V eneremq; sequutus,
Concitor & furiis, inuidiaq; premor.
S æpe odiis imis uror penitusq; medullis,
Ocia, peccati summa, scelesta sequor.

Quid memorem hæc? Illis cũ ſint maiora, minora
Quidue loquor? numeris non referenda ſuis.
Tot mala commiſi, quot nec rutilantia cœlo
Sydera ſunt roſeis, quot neq; ſigna polis.
Gramina quot terris non ſunt, folia arboribusq;
Quot nec ramoſis. Quot neq; grana Ceres.
Totq; malis uoluor, quot nec nimboſus Oryon
Autumno guttis nocte, dieq; fluit.
In Libyco non tot pelago uoluuntur arenæ
Flamine cum zephyrus ſpirat in orbe leui.
Inde mihi aduerſor, quod quæſierim mea facta
Crimina, patratũ, me duce, quodq; nefas,
Nempe meis ego demerui quodcũq; malorum
Peccatis, mortem demeruiq; trucem.
Sponte mea applicui diram miſer ipſe cheribdim,
Ac patior ferro uulnera adacta meo.
Hinc ego quo fugiam? niſi nunc tua numina poſcam,
Quo mihi des dextram, uirgo benigna, tuam
Auxilium niſi diua feras, ſperabo ſalutem
Nullam, quod docta præualet arte malum,
Nam de me eſt actum, deſperaruntq; magiſtri
Phyllirides, chiron, tuq; Melampe, iaces.
Non doctus mihi prodeſſet Podalyrius ægro,
Cæderet expertus ille Dioſcorides.
Ille licet Pæan redeat, redeatq; Machaon
Securam neuter tradere poſſet opem.
Tu ſuper es mihi ſola ſalus, ſpes, præſidiumq;
Ad quã expando meas, uirgo ſerena, manus.
Fer precor auxilium languenti, uirgo clienti.

Exaudi gemitus, magna patrona meos.
Tu poteris certam morbo conferre medelam,
Te duce pelletur pustula edaxq; procul.
Accipient (si uirgo uoles) mea membra uigorem
Antiquum, pedibus robora eruntq; meis.
Fac tuo non frustra dicar rogitasse benigna
Numina, maternas & tetigisse fores.
Et uoti compos, quis pulchra Ottinga relucet,
Templa subintrabo, dona daturus ibi.
Supplex mente pia tanto pro munere grates
Reddam, hæc fixurus carmina parua tibi.
Quando laborarem immensis ego Nausea morbis,
Supplex orabam numinis huius opem.
En nondum exactis precibus, uotisq; relatis,
Languor abit, rediit pristinus atq; uigor.
Hæc igitur quicunq; uenis ad limina, sancto
Numine plena, tibi præmia digna feres.
Crede subinde dei matrem præcellere cunctos
Diuos, & omnes hanc superare deas?

AD *eandem gloriosam Virginem.*

QVi mihi uis fiat misero? quo crimine pauper
Destituor uerbis, uirgo beata, meis?
En quæ clarisono sueuit resonare palato,
Et mea uox grato, uerba diserta, tono.
Hæc (hei) nūc querulam sequitur miserāda colūbam
Quæ nisi dat gemitum cordis amara sui.
Hæc sequitur balbam, nulla dulcedine, picam

Fingentem humanos, arte docente, modos.
Organa conuersis utuntur partibus. Et quæ
Est cerebri pars, hæc pectoris esse cupit.
Nanq; cibum nares capiunt, & uerba remittunt
Vnde fluit uersis potus & ordinibus.
Te precor hanc pestem, patrona, coherce cruentam
Qua crucior tantis pauper ubiq; malis,
Da quoq; apud summum pro me suffragia patrem.
Parcere peccatis, quo uelit ille, meis.
His equidem (ut credo) pulsis, pelletur & omnis
Morbus. Ab iis etenim est causa & origo mali.
Verum, si diis est uisum, ut mea crimina pendam,
Fac aliis soluam, facta scelesta locis.

Ad linguam tardius conualescentem.

CVr adeo, mea lingua refer, te lurida cogunt
Vlcera? dic tantum quod scelus ipsa luis?
Cætera nanq; suum cœpere resumere robur
Membra, sed extremum languida sola manus.
Nunquid prodideris patriam? secreta uirorum
Numue reuelaris, signa tegenda loquax.
Falsa tuum in fratrem, num iuramenta maligne
Torseris, inq; deum, uerba maligna tuum.
Numue leui causa dederis conuicia cuiq;?
Perfida seu nomen roseris alterius?
Num coram puero (cuius reuerentia magna est)
Protuleris, casto uerba nephanda uiro?
Nam rea tantorum, nunquam persoluere dignas

Criminibus pœnas ipsa negata tuis.
L ege quidem est cautum. Similis uindicta sequatur
Lædentem, quoniam est pro cute danda cutis.
Q uisq; suos patimur manes. quo numina membro
Læsimus, hoc pœnas (iure monente) demus.
H inc iustum pateris (uereor, quia forte mereris)
Supplicium, gladii uulnus & ipsa tui.
I nde uelis, si tam diris fore libera morbis
H osce pia uersus, dicito, uoce duos.
S telligeri genitor residens super æthera olympi
Curantem cura deserere omne scelus.

HAbes ergo cur meum ex Italia redditum istic distulerim quibusq; ualetudinarius ipse morbis laborarim. Vnde & alteram alteri tuo quæsitui, quo quæris, quare iure ciuili, studio cuius aliud, & me etiamnum iudice, non est nobili, quodammodo seposito leuiora hæc studia (sic nte inquis audisse) sequar, et rationem et responsionem dignosces, Mihi namq; adfecto tam calamitosis aduersæ ualetudinis adflictionibus in horas magis ac magis grauiorum studiorum ingruebat tædium, et de recuperandis sola (ut fit) pristinis uiribus cura fuit, usq; etiam adeo, ut uita dolori, mors uoluptati foret, quam uel aduersus christiani hominis morem sæpicule a diis immortalibus impatientior exoptabam ut cui nihil uel parum antiquæ salutis spei relictum uideretur. Adde huic nostræ feriis a studiis remissioni aut (quod malo) laxationi adornanti iam mihi ex ligno (Buaiaco, quo nihil sub sole mirabilius, et ad quoscumq; fere morborum molestias fugiendas remedium potentius, consilio, doctissimi uiri Pyrrhi Bonauitis mantuani excellentissimi medicinæ, totiusq;

Buaiacum lignum

phiæ doctorũ alterius hercle itra nostra tẽpora Hippo Petrus a
cratis et nostri i primis studiosi,cõsilio iquã adiumẽtum Mant. do
quærere,e uestigio,oi aere,uẽto,frigore,hyeme,largiori ctor me-
et cibo et potu,studiis itẽ,et negociis domi forisq́ꝫ, cogi dici
tatiõibus,cõsultatiõibus, turbis, solicitudinibus. oibus
deniq́ꝫ,quæ morbos apud me fouere et attulisse oli,cre-
debãtur,opatiõibus fuisse iterdictũ. Atq subide serio e
regiõe cõsultũ,et pena capitis fere pscriptũ,ut i pfundũ
me otiũ uidicarẽ,oẽmq́ꝫ acutiorẽ curã ppellerẽ, cæterũ
ægerrim' aut cãtoribus aut citharædis aut musicis, aut
iucũdioribus aium illectatiõibus demulcerẽ. uerũ, qũo
ipe ociarer,secordia defluerẽ,q ociũ (puta illiberale) Ociũ esse
et q̃ q́ꝫ luxuriæ istrumẽta a primis,qđ aiũt, cunabulis fugiendũ
oium maxie exosus fueri,nẽpe uitia peride atq́ꝫ liberali
hoie,eodẽq́ꝫ pbo,quẽ agit (meo iudicio) qsq́ꝫ bonarũ
literarũ studiosus idigna? Qui deniq́ꝫ a me q corporis
salutẽ maxime oibus desiderabã, isthæc cõsulẽtibus nõ
mos gereretur? Meo itaq́ꝫ ieũtis meæ ætatulæ more, ne
prsus ut pleriq́ꝫ ẽt corpe ualẽtes,desidia (quæ tamẽ ita
haud tũ adpellari poterat) torpescerẽ,cæpi, legẽdis cũ
mihi et musis tũ aliquot iuuenibus cãdidissimis et Italis
et germanis,qbus,iuxta mea salus, ac mihi curæ erat, iu
cũdis rebus et iterptãdis et elucubrãdis,uel medico re-
clamãte,oblectamẽta expiscari,et hæc (licet meo forte Ioãnes ba
periculo) acerbiores anxietates supprimere. Id ãt ipm ro ex Su
quã hẽat gratũ illustris, ac iclytus Baro Ioãnes a Suar- arzẽber.
zẽbergio meus studiorũq́ꝫ meoꝝ Mecœnas unicus. quas
ad me dedit literas oium erga me humanissimas (qua-
les hoc genus decẽt heroes) arguũt qbus meæ, quã ego

exiguam semper existimaui, quibusq; in literis diligentiæ reclamãs monet, hortatur, præcipit (quod illius est in me ius) a studiis uacationi indicem, omnemq; ingenioli mei solicitudinem eminus relegem. At inquis, & alias me non uni modo legum maiestati sed plusculis etiamnum artibus leuiculis, poeticæ nimirum & oratoriæ operam impendere, hocq; & alios non mediocri authoritate uiros male habere. Hic dilecte frater stomacho nauseam, bileq; ædepol moues, cum quod putaueris me ad poeticen & oratoriam neglecta interim uenerãda & frugifera iuris tam Cæsarei q̃ pontificii maiestate, perinde atq; artis steriles & inanes diuertisse, tum, q̃a omnes mihi, uel natura reluctante, a disciplinis grãdioribus relaxationem pro tempore prorsus adimere, & q̃d optimi quiq;, iidemq; genere & literis pariter nobilissimi factitarunt, minus licere existimaueris. ita, mi frater, pergens toto (ut dicunt) cœlo deuius plane erras, tecumq;, uniuersi eam in sententiam euntes. Primum tamen quis negarit iuris & publici & priuati (cui me totum iampridem dedicaui) scientiam tanti semper uel ab eruditione & sapientia clarissimis habitam, quanti non aliam, nempe qua uel una in orbe si utilitatem respexerimus, aliud fructuosius, nihil, si dignitattem, amplius, si famam, non aliud pulchrius, si ad totius gentiũ atq; omnium imperii notitiam illustrius nihil esse inueniemus. Accedit, quod eam inter omnes artes indicarim qua præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, metum hostibus & terrorem parimus. Deniq; in manu est, eam ipsam generosiss. facultatem ad ciuiũ salu

Laudes iurisperitiæ (margin)

tem, ciuitatum incolumitatem, uitam hominum beatam quietamq́; & ad honeste beateq́; uiuendum oppido proficere, citra quam facile nec domum ullam, nec ciuitatem, nec gentem, nec hominum, subide uniuersum genus posse, nec rerum naturam oēm, nec ipsum stare mū dum dixerim. Esto, & infinita alia hæc ipsa nostra disciplina laudum præconia foueat, ac commoda, nō tamē e regione concesserim huic, haud posse aliqua ex parte poeticen ipsam, atq; oratoriam (quibus ego uitā meam ut fortaßis zoili quidam reprehensores somniant, nō in sumo totam, nec operam meam in iis omne ponendā statui) collatum iri, nec perinde uti humiliorem in ordinē, iuxta prouerbium, redigendam sed e numero potius eximendam, & uel parem omnino uel huic certe ꝓximam undecunq; experiri. Ex qua nimirum (si modo locū ueritati dederimus) non minus gloriæ (si de gloria & laude, quæ plerisq; exitio fuit, certamen curaq; extat) quā ex aliis, quæ isti seria nuncupant, studiis paritur, nec minorem aliquando etiamnum utilitatem. An Flocci fecerimus, nihilq́; pensi habendum duxerimus, qđ & tam poetica quā oratoria inter cætera, quæ (nisi fallor) sine numero sunt, commoda sola hominum mentes excitet, intendat, leniat, & hilares & tristes pro tempore solita sit reddere. Vtraque enim, qua est intrinsecus phrasi & sententia, adeo nonnunq̄ hoiem rapere, adeo excitare consueuit, ut sibi auditorem plane surripiat, sæpe in lachrymas, sæpe in risum commoueat, modo succensentem modo miserantem te faciat, & demū aut perpetuo oblectet aut animum hominis ipsum mire ad

Laudes artis poetices

Gloria multis nocuit.

ficiat et ad q̃duis deniq; adfectum prope cogat. Siluerim, si laudis fameq; nomẽ respexero, poetas oratoresq; non angustiorẽ apud posteros honorẽ ac laudẽ (quæ pfecto nusq̃, quã uatũ carminibus diuturnior cõstat) ac iuriscõsultos fuisse ideptos. Nũ quæso Vlpianus noster Homero celebrior? Marone Papinianus famæ terminis diuulgatior? Nasone Paulus superior? Flacco Alphenus maior? Mime. Quid dicẽdũ arbitramur, ubi oratoriæ et carminũ studia iuris disciplinã uel hac re una post se reliquere adfirmauerimus. Cur aliter opiner? Quãdo uideã legũ ciuiliũ peritiã oratiõe, nostra q̃dẽ tẽpestate, uacuã ab illis plerũq; oportere exornari, redimiri, fulciri, eãq; sæpius ad illas perinde atq; idumẽti festiuioris gratia p oratiõe uenusta cõfugere solitã, nec quẽq; ex legu leis ualde sine illis apud populũ ualere. Quãq̃.n. Philõ ille Architectus nemini secũdus et Asclepiades lõge omniũ i medicãdo eẽt pitissimus, neuter tamẽ nec ille apud Athenien. nec hic apud romanos q̃ppiã absq; artiũ, quæ sermonis cultũ exhibẽt, adminiculo gratiæ iniisset. Verũ rẽ, de qua hactenus, i medio relinquẽtes uberius & liberius nostris i cultissimum. C. Taciti de claris oratoribus dialogũ cõmẽtariis exequemur. Ad aliud. Male te habere scribis hisce me uti paruulis, ita.n. ipse ais disciplinis animi laxamẽtis? Audin publici iuris legũ, itẽ et istitutorũ sciam dicere iter cæteras seriẽ, & me nihilominus aliqua iterdũ remissiõe & leuẽ p tẽporis rõne delectationẽ grauissimæ, cuiusmodi sine cõtrouersia legalis ẽ prudẽtia, anteponẽdã negare? Nũ clã te sit existimẽ, relaxationẽ cuiuis animãtũ laboribus defessæ nõ cõuenire

Iurisconsulti poetæ.

Philon

Asclepiades

Relaxatio pdest

modo, sed & magnopere usui futurã? An haud uides uel uolucres ipsas natura tãtum istructas, ubi pcrearit & utilitatis cã finxerint nidos, subinde leuãdi laboris sui gratia passim, ac libere solutasq; peride operæ uolitare? argumẽto idubie memorãdo curis sæpenumero gaudia subtexẽda. Nõ ãt ediuerso inqs, tã rebus hoc fieri ipm le niculis cẽsueri. Quid? an Satius si aut Baccho aut Venere aut aliæ uacassem, aut nucibus, puerorũ more, & Tricis (ut i ueteri ẽ puerbio) apinis lusitassem? Absit. Tametsi, ne isthæc agẽs qdẽ exẽplo caruissem, quãdo qdẽ mẽoriæ mãdatũ cõstiterit, Lælium quõdã & Scipionem, qbus Roma illa uetus nihil absolutius habuit, rusticari post forenses labores & adeo repuerascere solitos ut conchas & umbilicos ad Caietam & Lucrinum legere soluendi a curis animi gratia haud erubuerint. Adde & Scæuolam nostri iuris apicem, ordinatis ciuium legibus, deorumq; cærimoniis, subinde pila, alea, calculis ludere solitum. Et Socratem item, quo græcorum, Apollinis iudicio, sapientior nemo, arundine cũ filiolis ipsis iocatum. Miraris? cur homines agebant, quasi (ut ille ait) natura cõtinuo deditos exercitio noluerit, uerũ semper ipsum & corporis & animi laborẽ requiri dulcedinem mutuo æmulaturam et studio et ocio, quo. s. uirtus nõ erubescat, successurũ. Denuo occurris, te aliquoties admissurũ studii itermissionẽ, sed iuris militẽ nõ sine reprẽhẽsiõe ad poeticẽ rhetoricenq; fugere tibi uideri. Velim te Harpocratem acturum, alioqui uel inuitus herbam mihi dare cogeris. Sane tradunt Solonem iuris nõ militem sed legum latorem multo sapiẽtissimum post con-

Volucres | Adagiũ | Lælius | Scipio | Scæuola | Socrates | Laborem debet seq requies | Harpocratẽ agere. | Solon

ditas Athenienſium leges (ut nuper poſt ueteres il los ſcriptores Paulus zabarella uir extra aliam poſitus omnium, ampliſſimus Parien. archiepiſcopus, & Patauinorũ præſul oĩum longe eloquentiſſimus, & digniſſimus, grauiſſimis, & doctiſſimis ad me literis graphice adnotauit) carminibus toto, quod aiunt, pectore inhiaſſe. Nonne item Q. Scæuolã, Ciceronis teſtimonio, iuris peritos inter eloquentiſſimum, eloquentes inter iuris peritiſſimum uerſibus ſe aliquando refocillaſſe ſcriptorũ monumentis proditur? De Seruio autem Sulpitio iuris cõſultorum longe omnium principe, & oratorum adeo nõ extremo, ut idem poſt Ciceronem (ita Pomponio tradẽte) in orando diſertiſſimus haberetur, quid cenſes? Tantum hercle abfuit, ut is poeticen dedignatus fuerit aut eam neſciſſe indicari a quopiam poſſit, ut in poetica illũ uerſatum fuiſſe totum nõ leui fide authores memorarit. Tranſeo Ciceronem, qui poetam ſe eſſe & haberi tã habuit penſi, ut poetam dici ſe quam iureconſultum pene maluerit. Sed hunc forte Criticus ille Cenſoriusq; Vallenſis Laurentius ſibi nimium ſuffenus ex albo iuriſconſultorum eximendum opinatur, attamen ipſum uel eo in ordinem nõ redigendum ſperauerim, quod ille eloquẽtiæ homo tantum duntaxat legum iners fuerit (ut Ariſtarchus iſte falſo expoſuit) ut triduo uix cuiq; iuriſperito ſe ceſſurum dixerit. De Plinio nepote in omni tã publici tãq; priuati iuris prudentia clariſſimo non eſt qđ ambigamus, quum ipſemet ſe facere carmina, comœdias audire, Mimos ſpectare, Lyricos legere, Satyricos intelligere profiteatur. Miſſos faciamus Q. Hortẽſiũ, Tullii

Paulus zabarella patauinus eps

Scæuola

S. Sulpitius

Cicero

Laurẽtius Valla

Plinius Iunior

æqualem. Q. Catullum. C. Caluum Asinium Pollionem, L. Syllam, Virginium Ruffum, Modestinum, Antistium Labeonem, Iabolenum. Fuere & alii propemodum plures quam æqui Troiani duces atque milites, quos haud facile discernes, fuerint ne iure an poetica maiores. Nolo hic recensere nobilissimos Romanæ illius ueteris, florentis olim Reipub. senatores patricios, Consules, Imperatores, quibus (si historicis ulla sit fides) non parum est poeticæ insudatum. Id quod cedemus in nostris in. C. Taciti dialogos interpretamentis, quæ speramus pauculos intra dies uela uentis, Neptuno sedato datura funemq; solutura, & merces forte non exoticas literarum omnium bonarum alumnis aduectatura. Boni eas ob res consulas uelim, suauissime mi frater, si & ipse rudis adhuc legalis sapientiæ tyro illos Athletas, quos reddidi, imitatus ad carmina legenda & conficiunda succesiuis modo horis diuerterim, quamuis, uereor, illud inibi potuerim, quod canis in balneo. De oratoria uero, cui pariter me insudare ex aliis te auditum scribis non est quod mul tis me uindicem, quando ipsam iurisperitiam oratoriæ usquæ adeo affinem esse constet, ut nescias pene ueteres illos sapientissimos iurisconsultos oratoria plus laudum & facultatum an iuris arte adeptos, nec unde cunque inter plerosque satis constare, eum tam sancto, puta iuris prudentis, nomine fore dignum, qui a dicendi facultate alienus sit id quod dictum uelim testibus Sulpitio, Scæuola, Crasso, quorum hic omnium nutu

Troianus equus

Nobilissimi et maxi. romãi oli poetæ

Adagiũ

Iurisperitia et oratoria affines sunt.

eloquētiū iurisperitißimus, iste iurisperitorū adpellari eloquētißimus meruit, ille uero utrāq; sic iclaruit scia ut subide indubiū sit uentū, nec lis sub iudice finiri cœpta, utrius palmā tenuerit. In hoc tamē a plerisq; prope oībus, uel pedibus, in sñiam itum est, ut is Ciceroni eloquentiæ principi parū uel nihil cesserit. Sed qd illos, q̄s q̄; locupletißima mei ꝓpositi exempla, appellauerim? quū cōstet Lycurgū, Draconē, Solonē iuris ciuilis nō peritos tantū, sed uel sanctißimos in sua (ut mihi uidere uideor) religiōe cōditores nō tā eloquentißimæ orationis quā iuris dicundi peritia effloruisse. Sinas igitur, mi frater, meæ apud te excusationi fore locū, qd̕ tantorū uirorum, & eorū qdē ueterū instituta, quæ si ꝓba sunt prudētißimiq; quiq; imitāda cēsuere, æmulādo ueneratus, illorūq; uestigia sequutus fuerim. Sinas, inquā, cū tātis me authoribus eousq; errare (si modo errat q duces uiarum sagacißimos, eosq; optimos sequi studet) quoad in nostro in Taciti dialogū cōmentariolo magis ingenue expurgaro. Inibi enim de utraq; facultate in utrāq; partē ueritate arbitra, litem & actor & reus intendam. Vtcunq; fuerit, ut ad portum iam semel tandem accedā, sperauerim me hoc meo instituto (diis ꝓpitiis) honore cōmodo, fauore lōgius ꝓcessurum, nisi infirma atq; etiā ægra ualetudo refragetur. Nec fore dubitarim, q aliquo in numero haberi uolūt, q hoc mei sint ꝓpositi pro uirili sequuturi. Et iampridē extitisse multos qdem ausos, potuisse autem sequi admodum pauculos. Habes ergo iterum atq; iterum, qbus cōpulsus aliquoties, & succeßi

Scæuola Sulpiti'

l.ii.ff. de orig. iur.

lycurgus Solon Dracon

Maioru; natu uestigia imitanda.

uo etiamnum (qđ nec a quopiã perditũ iri cõtẽderim) tempore uel iam maxime a sanctißima legum maiestate in poetices oratoriæq; studia non secus atq; amœna quædam uireta me receperim. Alias tamen plura lecturus. Arripiemus aliud tuo satisfaciẽtes uoto. An ex re censeam, quæris, ut uxorem ducas. Vereor ex pumice aquam. Qui cælebs de coniugio differam? Quomodo de singulis respondeam, qui rei uix unius scientiam mihi usurparim? Num ipse Leontinum illum me Gorgiam existimas, qui se ad omnia, de quibus quisque audire uellet, responsurum gloriosior dixisse proditur? Cæterum, tibi morem gesturus, dicam, non quod experientia rerum magistra, sed quod literis suffragantibus didici. Primum, si musis bellum indixeris, te uel hoc solo uxorem ducere suaserim, quoniam totius reipubl. intersit sobolis enim propagationem, ob quam institutum traditur coniugium, originem esse rerum publi. & urbis auspicium, quasiq; reipubl. seminarium sapientißimis quibusq; uisum est, in quorum ego sententiam non oscitabundus iuerim. Matrimonio nanque humanum genus adsidua posteritatis propagatione phœnicis instar synceri, sanctiq; igne reparatur & conseruatur, sed de hoc copiosius leges ĩ nostro, qđ te p̃sente cõposuim⁹, de uirginitatis et cõiugii triũpho opusculo. Ne eã ob rẽ frustra longior sim, q̃ op; initio caueas moneo, uxorẽ ducturus Biãtis de re uxoria ἀντίστρεφοντα ne uidelicet uel pulchrã q̃ futura sit cõis, uel deformẽ, quæ pœnæ tibi, sed fauorini τεροτάσιν imitaturus me

Adagiũ

Gorgias Leõtinus

Expiẽtia

Ducere uxorem utile

Matrimonium Phœnix

Bias de uxore ducenda

Fauorin⁹

diocrem, qua neutro grauari possis incommodo, alacri-ter ducas. locati sumus. Serio, quae sequuntur, accipe. In uxore ducenda, quod scire adfectas, ciuium more (alia enim Theologorum canonibus) spectanda cen-sent. Mores, qui sint candidi, aetatem, quae non immatu-ra, perplacet, genus, quod infamiae nota uacuum uiri sit familiae consonum, opes, quas securas easque medio-cres probarim. Formam item, quam decentem puella ha-bebit. Quae sit, Marciale censore, niue candidior, nanq; Mareotide fusca pulchrior est, quanto rarior iste color.

Quae sint in uxore ducēda cō-syderāda

L umina syderibus certent, mollesq; flagellent
Colla comae, tortas non amo Flacce comas.
F rons breuis, atq; modus breuiter sit naribus uncis
Pestanis rubeant aemula labra rosis.

Marcialis qualis uxor esse debeat.

Non autem, cuiusmodi eiusdem Marcialis uetustina. nempe, cui.

Sunt tres capilli, quatuorue sint dentes
Pectus cicadae, crusculumq; formicae.
Rugosiorem quae gerat stola frontem,
Et aranearum cassibus pares mammas.
Et comparata rictibus cuius ora
Niliacus habeat Crocodilus angusta
Meliusq; ranae garriant Rauennates.
Et Adriaticus dulcius culex cantet.
Videatq; quantum noctua uideat mane.
Et illud oleat, quod uiri capellarum. Reliqua ille poe-ta doctus ad unguem docebit. Singula quae adnotaui-mus uel solam dare pecuniam posse Flaccus censuit, in-

quiẽs scilicet uxorem cum dote fidemq́; & amicos.
Et genus & formam regina pecunia donat.

Quem tamen iudicarim publicos mores atque magis ci/uitatum leges spectasse, quam quod ipsa curæ sit. Cum quo equidem calculum minime ponens singula potius adfirmem in ea pollere puella, quæ sit non doctissima, sed moribus casta, pudore integra, ingenio uelox, & decore felix. In summa, quæ eam præ se ferat, qua cum uita tibi esse poßit beata, quam Epicureo dogmate istructi dicimus, ubi est, secundũ ingeniosum poetã illum. Pecuniæ potestas

Res non parta labore, sed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta
Vires ingenuæ, salubre corpus.
Prudens simplicitas, pares amici
Conuictus facilis, sine arte mensa,
Nox non ebria, sed soluta curis,
Non tristis torus, attamen pudicus,
Somnus, qui faciat breues tenebras.

Quæ sit i hoc mũdo uita beata

Ad finem, cum qua sit nox cum somno, & sine lite dies. Habes & hac in parte breuiter, quod mihi facto optimum uidetur, cætera facillime ex pientißimi nostrorum parentum coniugii speculo & idea cognosces ac docebere. Suppeditabat etiamnum nonnihil consilii noster de uirginitate atque coniugii palma libellus, qui penes & apud te est. Restat paucis modo cuiusmodi sit Patauium, quæ nunc me studiis charißima parens alit, quique huius mihi cœlum arrideat, explicem, quãquã academia patauina

inibi satius silendum mihi, quam paucula quæ ne umbram quidem tantæ urbis attingunt, dicere existimarim nempe, quam tanti semper fecerim, ut quæ suis describi lineamentis (ut ita dicam) non nisi ab altero. T. Liuio eius alũno historicorum disertissimo, celeberrimo, maximoq; possit plane putem. Tibi tamen obsequuturus fimbriam illius attingam urbis, perq; transennam strictim oculis huius amplitudinẽ subiiciam, cætera, quæ Apellis polycletiq; more ichoata, imperfecta quoq; relique ro, alias communicaturus, aut quouis modo interceptus, alii cui sit ingenium, quam mihi fœcundius. cursu lampada traditurus. Primum uero scias patauium Venetiæ urbem omnes eius regionis ciuitates longo anteire interuallo, esseq; omnium multo amplissimam, Sane. conditore Antenore Troianorum olim rege nobilem, loci salubritate præstantem, cœli temperie laudatam, soli fœcunditate admirabilem, apricis collibus amœnã, uitium olearumque prouentu fertilem, Timauo item (quem alii Brẽtam & quidem loci incolæ, & alii Meduacum adpellant) amni perquam placido eam & alluente & interluente iucundissimam, belli propugnaculis adeo munitam, ut aspectu uel solo hostem perterreat. deorum templis antiquam præ se ferentem Romam, ædificiis, atque mœnibus, palatiisq;, quibus hæc pollet maiorem in modum Troiani illam potentissimam plane ostentantem, ueneranda denique sua uetustate authorem suum reddentem uirorum præterea (uti semper) probitate, grauitate, prudentia, fide, artium optimarũ bonitã

[Margin notes: T. Liuius — Laudes Pataui urbis — Antenor — Timauus — Brenta — Meduacus]

te florentem adeo, ut ego equidem illam uirtutis domicilium, & omnium disciplinarum altricem domumq; iure nominauerim. Hactenus illotis tãtum pedibus in uniuersum de Patauii commendatione, Nunc ad eius Municipii aerem. Quem unico accipe uerbo plane inoxium, utcunq; is mihi non cõueniat, quandoquidẽ ea est urbs sita in loco paulo editiore, plano, claro, non pruinoso regiones cœli temperatas spectãte, paludibus uacuo. Eius intra muros, qui firmißimi & me Babyloniæ muris cædentes hostibus impendio sunt formidabiles, pulchræ arearum diuisiones, platearumq; & angiportuum, porticuum, quibus frequentißimis inter uniuersas Italiæ ciuitates maxime, & quidem regie exornatur, illustraturq;, ad salutiferas cœli regiones adeo rite & ex composito directæ uidentur, ut crediderim, ea in urbe construenda Dinocratem illum architectum cogitationibus et solertia cõmẽdatũ minime abfuisse, sed oẽm sui igenii perspicatiam huc cõtulisse. Ipse equidem non aliunde eius municipii a pestiferis morbis incolumitatem quã ab aeris temperie locíq; amœnitate prouenire existimo. Illud Hercule ab indigenis oppidanisque ipsis sæpenumero auditum mihi est patrum memoria eam raro pestilentia urbem laborasse, quum tamen pleraq; interim eius terræ municipia eadem peste ægerrime & frequenter diuexata sint. Habes & hac in parte, quæ eatenus tuo satisfacere uoto queant, quatenus mihi scribere licuit. Cui sane ciuitati, cui mirifice adficior, ut planius meam demonstrem gratitudinem,

Aer Patauini cœli

Situs Patauii

Babylõiæ muri

Dinocrates Architectus

tu'q; rem ipsam breuius sis accepturus, eam hoc tumultuario ex nostro libro amicorum quarto reddendam duxi phalætio. Quo Patauiū feci alloqui spectatorē eius stupescentem admiratorem.

ENCOMIVM PATAVII VRBIS.

Patauiū adloq;tur spectatorem

CVr felicior omnibus per orbem
Terrarum urbibus (ut ferunt ubiq;)
Vrbs dicor Patauina quæris? An non
Felix, cui superi nihil negare,
Omnem quod tribuit beatitatem
Et cui uirgula cuncta largiatur
Diuina. Immo cui quod est ubiq;
Diuum propitiatur, & benigno
Ridet minime, nostra, Cælitesq;
Cuncti tecta colunt, agrosq; latos

Cōmoda Vrbis

Cœlum Iuppiter aureo serenat
Astro, fundit aquasq; largiores
Neptūnus, Ceres alma adest, frequentat
Liber colliculos, æquorq; nostrum
Infundens grauibus, merumq; labris.

Robur urbis

Mauors mœnia, quæ oppido eleganti
Sunt constructa manu, quæ ant quibusq;
Roma ipsa aurea cædere, acer armat
Tutaturq; uides? Quid ipsa multis?
Mille en transierim, quibus meopte
Possem iure sub orbe solis inter

Omnes tollere me uel ampliores
Vrbes, nec mihi terra par referri.
Vnum non sileam, parens uirorum
Quod paßim canor, atq; alumna quales
Vix doctæ meruere Athenæ, & orbis
Vel Roma ipsa caput uidere magni.
Ex me sunt geniti (fides uerenda
Est mi) Liuius, alterum diserti
Romani eloquii, nitens ut astrum,
Lumen, quem sapiens sequutus ipse
Paulus iuris apex. subinde stella
Quem musis comitatur. huc q; magne
Par gressu Volusi poeta. Flacco
Sedes altera. Petre quis mihi te
Negat municipem? uidens, legensq;
Miro quæ ingenio tuo reponis, & cui
Nomen fons Aponi dedit uicini
Necnon uos patriam extitisse uobis
Nec me uos pudeat Louatte docte,
Mussate, & zabarella maximorum
Princeps cardineo nitens honore,
Quo respublica floruit uel uno
Christi, ecclesia uertiturq; quodam
Sicut cardine, Roma cuius ipsa
Doctrinis radiat, simul manebit
Aeternum uelut is manebit usq;
Adest Marsiliusq;. Galeati,
Perdoctus Pileusq;, Gulielmus

A copia doctorū uirorum.
T. Liuius
Puris iurisperitas
Stella
Volusius
Val. Flaccus
Petrus
Aponus fons
Louattus
zabarel.
Cardinalis laudis
Roma
Marsili galeatiu
Pileus
gulielm

Tecum sunt Sophiæ inclyti parentes.
Supersuntq; duo celebriores
Cunctis quos ue fuere, quotue nostro
Sunt seclo. reuerende principalem
Paulus Zabarella eps Patauinus
Locum paule teneto zabarella
Antistes, cathedras episcopalis
Sanctas culminis, eruditionis
Præsul religionis almæ & ipse
Exemplar. Specimen uerendæ & ingens
Virtutis, generisq; imago uere
Antiqui, referens σοφον ad asseni.
Huc Francisce decus, iubar, corona
A. Franciscus a doctoribus
Doctrinæ, tibi proinde nomen extat
De doctoribus, hoc in omne tempus
Illustras gemini eruditione
Iuris, consilio, fidelitate
Virtute, ingenio, subinde fama
Manebit tua gloriosa semper.
Multos transeo, quos suum recenset
A euum, tempore quos breui recondo.
Sat sit te moneam uiator, inde
Ne mireris, ubi beatiorem
Dicent me urbibus omnibus, refertam at
Me tot nosce bonis, quot haud est ulla.

Quare Patauiū uulgo et padua appellatur.

Superest, an Padua, qua dictione eam plerique urbem significant, uocabulum ab iis, qui & latine & integre loquuti sunt, receptum sit, expediam. Quanq ua

mi frater. hoc quæstiõis ad eum, qui eam grammaticen quæ horisticæ, profitetur, attineat, quiq; pluriũ in græcis latinisq; literis q̃ ego uigiliarum & lectionum fuerit, tibi tamen, mihiq; solis nunc cauenti licere arbitror uel obsignata epistola hac in re quid sentiam, dicere. Arbitror ipse quosq; cæcutire, immo plane non modo (q̃d dici solet) lolio uictitare uerum etiam in cymmeriis tenebris, & Andabatarum more pugnare, qui latinissimæ urbi (quam Patauium recte nominamus) barbarũ nomen padua esse cõtendunt, seducti nimirum (ut ego existimo) deprauato quodam, sed alioqui docto doctissimi Catulli epigrammate Volusium poetam Patauinum damnante.

At Volusi annales paduam morientur ad ipsam,
Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas.

Quandoquidem non paduã, sed Pataui apud Catullum uere legẽdũ esse doctissimus meus p̃ceptor, oratorq; disertissimus Marinus Becichemus Scodrensis Academiæ patauinæ publicus, et celeberrimi noĩs rhetor iã dudũ cõtra Raphaelẽ Regiũ docuit, huicq; urbi, quam uulgus barbare paduã uocãt latinũ nomẽ esse patauio, p̃batorum tam græcorũ q̃ latinorũ testimoniis uictor p̃bauit, secundumq; se sententiam obtinuit, in quã uideo doctissimos quosq; sine controuersia ire. Habes itaq;, quæ petiisti, uniuersa, modo te etiãnũ, quo mõ me habeã certiorẽ facere possem. In quo (ah bone deus) q̃d tibi a me mos geri nequeat doleo, et supra, quã dici queat, excrucior. attñ ne meis tibi plus amaritudinis q̃ iucũditatis

adferem literis, nolim ignores, ab eo, quod in ore præsentissimum erat, periculo in pristinam me ualetudine dei opt. max. benignitate (cui sane si quam nactus fuero, meam & incolumitatem & salutem soli acceptam) breui restitutum iri me constanter sperare. De cæteris autem corpusculi mei ægritudinibus non est, quod anceps scribam, tam enim uaria nunc capiti quod se somno ferme nunquam inclinat, nunc stomacho, qui frigidiusculus cibaria parum coquit, nunc faucibus semper arescentibus ualetudo est, ut eam non nisi morte uinci posse putauerim, nempe quæ tam in corpore meo, natura alioqui imbecillo, alte suas infixit radices, ut non aut uictus aut potus uitio, quo Germani plurimum laboramus, prouocata, quam & cognata & agnata mihi uideri possit, quæ profecto tantum mihi plusculo tempore ocii exhibuit, ut non semel a uitæ meæ tenore deficere, & adfectum ægtitudinibus pene corpus desidiæ, inertiæque tradere in animo fuerit. Tametsi in eam nunc adducor spem (ægro enim sperandum, quoad spiret, aiūt) ut emeritis corporis uiribus animum reddi meum in dies uegetiorem & uiuidiorem, eiusque stipendia pinguius plane accessura. Verum isthæc, ut omnia, deo optimo. Aliud præter ea, quod tua intersit, noui nihil. Nam de pace & bello non mihi, sed Satrapis bellicosis cura esto. Ipse tamen scis pacem bello me semper prætulisse, illam ex deo, hoc ex Cacodæmone ortum, iam tandem etiam atque etiam te uehementer rogo ad ea, quæ scripsi, quam uidelicet cuncta tibi placeant, deque

Aegroto eē speran dum.

Pax bonū bellū ma lum

cæteris, quæ in Germania, maxie uobiscum geruntur diligenter, breuique scribas, erit hoc mihi ipsum tam gratum q̄ quod longe gratißimum. Superest, salutem meo nomine omnibus impertias, qui eandem utrique nostrū optant, quique nos belle ualere uelint. Zoilis autem nostris dii mentem dent precator. Velim insuper ueneran do & egregie docto uiro Vdalricho Burchardo Blancicampiano Reuerendiß. Bambergen. præsulis sacerdoti haud indigno, plurimum salutis dicas, cum quod eo olim puer pene Lipzigii, quod oppidum est Mißiniæ, sub ditione Georgii, illustrißimi & optimi Saxonum ducis ac principis multo celeberrimum, doctore usus sum, tum quod apud optimos quosque, eosque genere & literis nobilissimos mei nominis bucinatorem syncerum agit. Nec prætereas uenerabilem in primis uirū doctrina & itegritate nemini sacerdotū facile cedentē Ioannem Thanhardum, uobiscū (ut audio) nunc dignißimum agentem parrochiæ pastorem (quem barbare plebanum dicunt) mei studii semper fauissorem. In quo singulares illi a me gratiæ debentur, reliquum. Te quod facis, post deum opt. max. (cui quia animam, corpus & omnia debemus, & honor etiamnum primus est habendus) parentes nostros tota obsecrarim mente colas, omnique studio obserues, iisq́; iuxta prouerbium ἀντιπελαργεῖν cogitas, hocque dei nostri præscripto, naturaq́; ipsa monente faciundum memineris. Nostra utique est, eos, maxime labore emeritos & exhaustos, tum pariter ætate defeßos, & decrepitos uicißim

Additio post cōclusionē. Vdalric. Burchardus

Mißinia Lipzig Georgius dux Saxoniæ

Ioannes Thahart

Deus est ueneran dus

Parentes honorandos

Adagiū

fouere, nutrire, alere, a quibus ipsi aliquando nutriti fuerimus. Quorum in numero uerissime parentes collocauerim, quos ad deorum immortalium uicem antiquitas omnino habendos censuit, in omni atque loco, omniq; honoris specie suspiciendos, id quod adeo credidit, ut neminem, nisi qui suam parentibus reuerentiam deferret, bonum adpellaret. Eos autem ipsos tum uenerabimur, quum in omnibus, quod illi recta iubent, libentiq; animo paruerimus, proq; uirili iis benefecerimus. Eo autem quid uel sanctius uel iustius Nihil me Hercule, quam beneficia conferre iis (intellige parentibus) qui ut essemus, & bene essemus, in causa fuerint. Quod obseruaturi in terra longaeui, fortunati, absque ignominia haud dubie, & hominem exuentes apud deum parentum parentem beati semper futuri sumus. Haec hactenus, quae, quoniam stimulis non indigeas, te haudquaquam admonuissem, nisi tui me amor (utuntur tamen plerunque amici mutuis inuicem admonitionibus) euocasset, ut equo uel currenti calcaria adderem. Tuū tamen interim erit, sorores nostras charissimas, quae fortassis non, qua tu, pollent indole, ingeniiq; acrimonia, frequentius horteris, ut omni, quo possunt, studio, amore, reuerentia secundum deum optimum parentes excolant. iisque se obsequentes praebeant, quod si fecerint, salutem sentient & corporis & animae non mediocrem, quibus procul dubio in bonum, ut diui Apostoli uerbo utar, cedent euenturaq; sunt uniuersa. VALEDICTIO. Cura

Parentibus obediendum

Quae bona sequātur parētes honorantes

Paulus

nu dulcißime, & charißime frater, ut ualeas. Ego proinde interea pariter meæ ualetudini operam sum daturus. VALE DICTIONIS APPENDIX. Problemata mea in titulum de regulis Cæsarei iuris, exercēdi potius ingenii quam edendi gratia nuper a nobis composita, & alia, quæ in aliquot iuris publici decreta scripsimus, scholia, quæ a multis magnopere uideri, legi, haberiq; scribis desyderari, propediem ad te perferenda curabo. Nunc enim meo haud hospitiolo, sed excellentissimi intra nostrum tempus Iurisconsulti Antonii Francisci a doctoribus primarii iuris utriusque in famigeratißimo totius orbis archigymnasio Patauino interpretis mei præceptoris longe omnium & humanissimi & doctißimi censoria uirga Aristarchiq; lima perfruuntur, cuius (ut audio) quid non undequaque illi improbantur, auspicio publice per calcographiam excudenda breui edentur, dii immortales secundent exitumque propitii fortunent, spero enim inibi legum sanctarum candidatis nonnihil me operæ, & eruditionis allaturum, utcūque erunt, qui forte nauseantes naso suspendūt adunco, quod sane, uel eo nauci sum facturus, quod idem me multo doctioribus usu uenisse, uenireq; quotidie uidi & uideo iterum uale, & mihi indulgeas, boniq; consulas, quod tibi obsequens epistolæ legem prope excesserim, quam tamen ita modo extendi, ut quod requirebas solum scripserim, meq; adnectere crediderim, quæ tibi nostrisq;, q te absente fruūtur, nō minus grata quam p tēpore accommodata fore

F.N. In iuris titulū pblemata

A. Franciscus a doctoribus Patauinus

Nemo caret rēphēsione

existimabantur, hinc eo me uenia dignum plane spero. Sin frontem contraxeris, talionem te reddere uelim, hoc est in rescribendo æque, idque longa epistola (quæ utique hoc mihi gratior, quo longior futura est) omnino effice LOCI POSITIO Patauii TEMPORIS ADIVNCTIO Septimo & decimo Calendas Februarias. Anno a xpi natali. M.D.XXII.

SYNTAGMATIS PERORATIO

HAec sunt, optimi adolescentes, nostra de epistolica scriptione scholia, quæ nostra ex memoria, perinde atque obsita penu quadam repetita, postliminioq; recepta nobis toties rogitantibus, & (quod ueritati propius dixerim) importunis plane interpellatoribus iam tandem, etsi grauissima distentus ualetudine, colligenda, mittenda, communicanda putaui. Quæ uel ideo uobis grata & utilia fore sperauerim, quod breuitate citra (absit cuiquam arrogantius dicere uidear) obscuritatem suffulta uestræ consulent memoriæ, tum quod ea a magistris, iisque omnibus ferme mutis didicerim, qui latine, candide, incorrupte loquuti sunt, & scripti tarunt. Grata denique, quod ingenii uestri excolendi studiosissimus communicarit. Quam autem ego isthæc probarim, non habeo, ne de me (quod fieri non debet) gloriosius garriam. Illud tamen facile dixerim, & quidem sine pudore, uos hæc obnixe lecturos non minus ea in arte epistolas scribendi ꝙ ex aliorum eius pariter prouinciæ

uinciæ pelago, emolumēti suscepturos, quæ perinde magna erunt, ut ceperitis ac legeritis Sint autem huiusmodi mei commentarioli inter uestra, quæ scribere epistolas docent, uolumina, hospites, quoniam ciues forte minus esse poßint, quæ ciuitatis iura haud tum merean tur. Non autem est, quod me excusem, quia complusculа inibi desyderari quiuerint, cum, quod nemo omnia dare potest, tum, quia nō omnino mihi integrum Cyaneas inter petras nauiculam agere censuerim, qualiacunque tandem & quantula deniq; sint, boni consuletis, et animum, nō rem æstimabitis, quo fiet, ut uel perperam scribenti, modo prodesse cupiēti, gratias subinde sitis acturi Potuissent autem singula a nobis tradi & emunctiora & abundantiora, si minus mei corporis atq; ingenii obstitisset imbecillitas. Quanq́ etiam esse diffusior poterā, si uel ob alias, quas paßim adduxi, causas mihi licere animaduertissem, quod plusculi factitarunt, omnia scilicet, quæ uel a sexcentis antea sunt ad saturitatem prope usq; tradita, quæq; in buccam (ut aiunt) uenissent, effutire, ut doctus potius q̃ fidelis præceptor uiderer, uos quasi in inextricabilem syluam trahere uellem. Verū.n. uero quid ad Mercurium? Quotusquisq; est, qui non nugari, quam quæ ad rem attinēt breuiter oculis subiicere malit? quod ipse equidem hactenus hic & alias adeo subterfugere uisus sum, ut fideliorem q̃ uel doctiorem uel tersiorem me nemo nō (hoc tamē facturus non errabit) iudicare poßit. Quod hoc minus pensi habuerim, quo magis meas in docendo partes me implesse putauerim. Docentium siquidem est, ut docentes intelli

Adagiū

puerbiū

gantur. Quod uel (si diis placet) utrunq; an consequu tusfuerim, ipsi uidebitis, quãdo aliquot hisce nostris scri ptis horas tribueritis, tribueritis aũt quot poteritis, lectioniq; illa, semper bonos latinitatis scriptores adiunxe ritis. Residuum erit, ut in uoluendis latinis authoribus uigilantißimi sitis. Inutilis sane est artis præceptio, nisi huic usus etiamnũ suppetias sit adlaturus, ancilleturq; Quandoquidem tam est rei uni altera res connexa, ut egregii quicq̃ neutra sine altera consequi poßit. In con fesso nãq; est nec medicos, nec imperatores, nec oratores (Cicerone teste) q̃tũuis illi artiũ fuerĩt p̃ceptis ĩbuti q̃ppiã magna dignũ laude abs q; usu et exercitio cõsequu tos. Cõsulueri; hãc ob rẽ monitor fidus, ut lectis his me is & doctiorum huius artis omnium citra controuersiã nobilißimæ, & penitus diuinæ, qua homini a deo max. præstantius datum est nihil, monumentis ad bonos statim deinceps, immo optimos, candidißimos, ornatißimos latinißimos, q epistolas scripserunt, uos, seduloq; conferatis, hosq; diu, noctuq; omni mentis intentione, animi q; uehemenita uoluetis, legetis, imitabiminiq;. Ex iis enim, cognitis antea artis canonibus, facile erit, uerba perpolita struere, orationes illuminare, sententiis, quasi gemmis, stellulisq; interlucentibus illustrare, & demum quod in animo conceperitis ornate, uenusteq; aut exprimere aut scribere. Quos autem in eo scribendi campo authores uobis sequendos putem, ex nostris de puero literis instituendo consiliis breuiter colligere est. Sed ut habeatis, in quibus uestra poßint ingenia citra er roris formidinem uersari nõ est, cur uobis haud inter om

Bonos au thores eẽ legendos.

Vſus in oĩ arte ne cessarius

nes quasi riuulorum fontes iugiter cōspicueq́; fluētes arbores ex sylua ingenti omnibus proceriores, et duas inter uiburna cupressos, & plane duos totius exercitus imperatores strenuos semper & ubiq́; lectitandos suadeā & præcipiam Ciceronem & Plinium iuniorem illū sane ut in omni eloquentia eminentißimum, hunc ut eminentißimo ꝓximum. Quorum eqdem utriusq́; monumentis literarum, presertim epistolarum usq́; adeo capior, teneor, imitorq́;, ut eos inter alios nimirum scriptores haud secus, ac numina uenerari, exosculari, adorare q́; soleam. Horum itaq́; epistolas omnibus eloquentiæ partibus exornatas, & plane omni laude maiores nū͞q nō lectione dignas, peneq́; uobis necessarias existimari; ad quarum prorsus effigiem uestras uelim formatum iri epistolas. Ex Tullii mediusfidius epistolis uim Demosthenis, copiam Platonis, suauitatem Isocratis. Ex Plinii subtilitatem Lysiæ, Hyperidis acumen, Aeschinis sonitū Ex illius inquam epistolis elegantiam sermonis, ex huius laudabilem breuitatem, ex utriusq́; demum lactea in primis, pura, candida, latina, tersa, expolitaq́; uerba, dictionum, orationisq́; splendorem, sententiarum grauitatem, uitæ integritatem, & subinde attinens ad hoc scriptionis genus omne indubie capietis. Hinc in iis esse uos uelim totos, has spectate, hæ sint uobis exēpla, has uersate manu diurna, iuxtaq́; nocturna, in iis uestrū sit negociū, in iis ocium, labor, reqes, uigiliæ, somnus. Has habete continēter in manibus, sint hæ enchiridia uestra Quod ubi feceritis, uestra ingenia beatißima dictionis ubertate implebitis, & non pluuias (ut Pindari uerbo

Laus ciceroniana, et plinianarū epistolarum
Demosthenes
Plato
Isocrates
Lysias
Hyperides
Aeschines
Pindari uerbum

T. Liuius

inibi satius silendum mihi, quam paucula quae ne umbram quidem tantae urbis attingunt, dicere existimarim nempe, quam tanti semper fecerim, ut quae suis describi lineamentis (ut ita dicam) non nisi ab altero. T. Liuio eius alumno historicorum disertissimo, celeberrimo, maximoq; possit plane putem. Tibi tamen obsequuturus sim brian illius attingam urbis, perq; transennam strictim oculis huius amplitudinem subiiciam, caetera, quae Apellis polycletiq; more ichoata, imperfecta quoq; relique ro, alias communicaturus, aut quouis modo interceptus, alii cui sit ingenium, quam mihi foecundius. cursu lampada traditurus. Primum uero scias pataninum Venetiae urbem omnes eius regionis ciuitates longo anteire interuallo, esseq; omnium multo amplissimam, Sane. condito re Antenore Troianorum olim rege nobilem, loci salubritate praestantem, coeli temperie laudatam, soli foecunditate admirabilem, apricis collibus amoenam, uitium olearumque prouentu fertilem: Timauo item (quem alii Bretam & quidem loci incolae, & alii Meduacum appellant) amni perquam placido eam & alluente & interluente iucundissimam, belli propugnaculis adeo munitam, ut aspectu uel solo hostem perterreat. deorum templis antiquam prae se ferentem Romam, aedificiis, atque moenibus, palatiisq;, quibus haec pollet maiorem in modum Troiani illam potentissimam plane ostentantem, ueneranda denique sua uetustate authorem suum reddentem uirorum praeterea (uti semper) probitate, grauitate, prudentia, fide, artium optimarum bonita

Laudes Patauii urbis

Antenor

Timauus

Brenta

Meduacus

te florentem adeo, ut ego equidem illam uirtutis domicilium, & omnium disciplinarum altricem domumq; iure nominauerim. Hactenus illotis tãtum pedibus in uniuersum de Patauii commendatione, Nunc ad eius Municipii aerem. Quem unico accipe uerbo plane inoxium, utcunq; is mihi non cõueniat, quandoquidẽ ea est urbs sita in loco paulo editiore, plano, claro, non pruinoso regiones cœli temperatas spectãte, paludibus uacuo. Eius intra muros, qui firmissimi & me Babyloniæ muris cædentes hostibus impendio sunt formidabiles, pulchræ arearum diuisiones, platearumq; & angiportuum, porticuum, quibus frequentissimis inter uniuersas Italiæ ciuitates maxime, & quidem regie exornatur, illustraturq;, ad salutiferas cœli regiones adeo rite & ex composito directæ uidentur, ut crediderim, ea in urbe construenda Dinocratem illum architectum cogitationibus et solertia cõmẽdatũ minime abfuisse, sed oẽm sui igenii perspicatiam huc cõtulisse. Ipse equidem non aliunde eius municipii a pestiferis morbis incolumitatem quã ab aeris temperie locíq; amœnitate prouenire existimo. Illud Hercule ab indigenis oppidanisque ipsis sæpenumero auditum mihi est patrum memoria eam raro pestilentia urbem laborasse, quum tamen pleraq; interim eius terræ municipia eadem peste ægerrime & frequenter diuexata sint. Habes & hac in parte, quæ eatenus tuo satisfacere uoto queant, quatenus mihi scribere licuit. Cui sane ciuitati, cui mirifice afficior, ut planius meam demonstrem gratitudinem,

Aer Patauini cœli

Situs Patauii

Babylõiæ muri

Dinocrates Architectus

tuq; rem ipsam breuius sis accepturus, eam hoc tumultuario ex nostro libro amicorum quarto reddendam duxi phalætio. Quo Patauiũ feci alloqui spectatorẽ eius stupescentem admiratorem.

ENCOMIVM PATAVII VRBIS.

Patauiũ adloqtur spectatorem

Cvr felicior omnibus per orbem
Terrarum urbibus (ut ferunt ubiq;)
Vrbs dicor Patauina quæris? An non
Felix, cui superi nihil negare,
Omnem quod tribuit beatitatem
Et cui uirgula cuncta largiatur
Diuina. Immo cui quod est ubiq;
Diuum propitiatur, & benigno
Ridet minime, nostra, Cœlitesq;
Cuncti tecta colunt, agrosq; latos

Cõmoda Vrbis

Cœlum Iuppiter aureo serenat
Astro, fundit aquasq; largiores
Neptũnus, Ceres alma adest, frequentat
Liber colliculos, æquorq; nostrum
Infundens grauibus, merumq; labris.

Robur urbis

Mauors mœnia, quæ oppido eleganti
Sunt constructa manu, quæ ant quibusq;
Roma ipsa aurea cædere, acer armat
Tutaturq; uides? Quid ipsa multis?
Mille en transierim, quibus meopte
Possem iure sub orbe solis inter

Omnes tollere me uel ampliores
Vrbes, nec mihi terra par referri.
Vnum non sileam, parens uirorum
Quod paßim canor, atq; alumna quales
Vix doctæ meruere Athenæ, & orbis
Vel Roma ipsa caput uidere magni.
Ex me sunt geniti (fides uerenda
Est mi) Liuius, alterum diserti
Romani eloquii, nitens ut astrum,
Lumen, quem sapiens sequutus ipse
Paulus iuris apex. subinde stella
Quem musis comitatur. hucq; magne
Par gressu Volusi poeta. Flacco
Sedes altera. Petre quis mihi te
Negat municipem? uidens, legensq;
Miro quæ ingenio tuo reponis, & cui
Nomen fons Aponi dedit uicini
Necnon uos patriam extitisse uobis
Nec me uos pudeat Louatte docte,
Mussate, & Zabarella maximorum
Princeps cardineo nitens honore,
Quo respublica floruit uel uno
Christi, ecclesia uertiturq; quodam
Sicut cardine, Roma cuius ipsa
Doctrinis radiat, simul manebit
Aeternum uelut is manebit usq;
Adest Marsiliusq;. Galeati,
Perdoctus Pileusq;, Gulielmus

A copia doctoru; uirorum.
T. Liuius
Puris iurisperitas
Stella
Volusius
Val. Flaccus
Petrus
Aponus fons
Louattus
Zabarel.
Cardinalis laudis
Roma
Marsili. galeatiu.
Pileus
gulielm.

Tecum sunt Sophiæ inclyti parentes.
Supersuntq; duo celebriores
Cunctis quos uefuere, quotue nostro
Sunt seclo. reuerende principalem
Paulus zabarella eps Patauinus — Locum paule teneto zabarella
Antistes, cathedras episcopalis
Sanctas culminis, eruditionis
Præsul religionis almæ & ipse
Exemplar. Specimen uerendæ & ingens
Virtutis, generisq; imago uere
Antiqui, referens σοφον ad asseni.
Huc Francisce decus, iubar, corona
A. Franciscus a doctoribus — Doctrinæ, tibi proinde nomen extat
De doctoribus, hoc in omne tempus
Illustras gemini eruditione
Iuris, consilio, fidelitate
Virtute, ingenio, subinde fama
Manebit tua gloriosa semper.
Multos transeo, quos suum recenset
A euum, tempore quos breui recondo.
Sat sit te moneam uiator, inde
Ne mireris, ubi beatiorem
Dicent me urbibus omnibus, refertam at
Me tot nosce bonis, quot haud est ulla.

Qudre Patauiũ uulgo et padua appellatur. — Superest, an Padua, qua dictione eam plerique urbem significant, uocabulum ab iis, qui & latine & integre loquuti sunt, receptum sit, expediam. Quanq ua

mi frater. hoc quæstiōis ad eum, qui eam grammaticen quæ horisticæ, profitetur, attineat, quiq; pluriū in græcis latinisq; literis q̃ ego uigiliarum & lectionum fuerit, tibi tamen, mihiq; solis nunc cauenti licere albitror uel obsignata epistola hac in re quid sentiam, dicere. Arbitror ipse quosq; cæcutire, immo plane non modo (qđ dici solet) lolio uictitare uerum etiam in cymmeriis tenebris, & Andabatarum more pugnare, qui latinissimæ urbi (quam Patauium recte nominamus) barbarū nomen padua esse cōtendunt, seducti nimirum (ut ego existimo) deprauato quodam, sed alioqui docto doctissimi Catulli epigrammate Volusium poetam Patauinum damnante.

At Volusi annales paduam morientur ad ipsam,
Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas.

Quandoquidem non paduā, sed Pataui apud Catullum uere legēdū esse doctissimus meus p̄ceptor, oratorq; disertissimus Marinus Becichemus Scodrensis Academiæ patauinæ publicus, et celeberrimi noīs rhetor iā dudū cōtra Raphaelē Regiū docuit, huicq; urbi, quam uulgus barbare paduā uocāt latinū nomē esse patauio p̄batorum tam græcorū q̃ latinorū testimoniis uictor p̄bauit, secundumq; se sententiam obtinuit, in quā uideo doctissimos quosq; sine controuersia ire. Habes itaq;, quæ petiisti, uniuersa, modo te etiānū, quo mō me habeā certiorē facere possem. In quo (ah bone deus) qđ tibi a me mos geri nequeat doleo, et supra, quā dici queat, excrucior. attn̄ ne meis tibi plꝰ amaritudinis q̃ incūditatis

adferem literis, nolim ignores, ab eo, quod in ore præſentiſſimum erat, periculo in priſtinam me ualetudine dei opt. max. benignitate (cui ſane ſi quam nactus fuero, meam & incolumitatem & ſalutem ſoli acceptam) breui reſtitutum iri me conſtanter ſperare. De cæteris autem corpuſculi mei ægritudinibus non eſt, quod anceps ſcribam, tam enim uaria nunc capiti quod ſe ſomno ferme nunquam inclinat, nunc ſtomacho, qui frigidiuſculus cibaria parum coquit, nunc faucibus ſemper areſcentibus ualetudo eſt, ut eam non niſi morte uinci poſſe putauerim, nempe quæ tam in corpore meo, natura alioqui imbecillo, alte ſuas infixit radices, ut non aut uictus aut potus uitio, quo Germani plurimum laboramus, prouocata, q̃ꝫ & cognata & agnata mihi uideri poſſit, quæ profecto tantum mihi pluſculo tempore ocii exhibuit, ut non ſemel a uitæ meæ tenore deficere, & adfectum ægritudinibus pene corpus deſidiæ, inertiæq́ꝫ tradere in animo fuerit. Tametſi in eam nunc adducor ſpem (ægro enim ſperandum, quoad ſpiret, aiũt) ut emeritis corporis uiribus animum reddi meum in dies uegetiorem & uiuidiorem, eiuſque ſtipendia pinguius plane acceſſura. Verum iſthæc, ut omnia, deo optimo. Aliud præter ea, quod tua interſit, noui nihil. Nam de pace & bello non mihi, ſed Satrapis bellicoſis cura eſto. Ipſe tamen ſcis pacem bello me ſemper prætuliſſe, illam ex deo, hoc ex Cacodæmone ortum, iam tandem etiam atque etiam te uehementer rogo ad ea, quæ ſcripſi, quam uidelicet cuncta tibi placeant, deque

Aegroto eē ſperandum.

Pax bonũ bellũ malum

cæteris, quæ in Germania, maxīe nobiscum geruntur diligenter, breuique scribas, erit hoc mihi ipsum tam gratum q̄ quod longe gratissimum. Superest, salutem meo nomine omnibus impertias, qui eandem utrique nostrū optant, quique nos belle ualere uelint. Zoilis autem nostris dii mentem dent precator. Velim insuper ueneran do & egregie docto uiro Vdalricho Burchardo Blanscicampiano Reuerendiss. Bambergen. præsulis sacerdoti haud indigno, plurimum salutis dicas, cum quod eo olim puer pene Lipzigii, quod oppidum est Missiniæ, sub ditione Georgii, illustrissimi & optimi Saxonum ducis ac principis multo celeberrimum, doctore usus sum, tum quod apud optimos quosque, eosque genere & literis nobilissimos mei nominis bucinatorem syncerum agit. Nec prætereas uenerabilem in primis uirū doctrina & ītegritate nemini sacerdotū facile cedentē Ioannem Thanhardum, uobiscū (ut audio) nunc dignissimum agentem parrochiæ pastorem (quem barbare plebanum dicunt) mei studii semper fauissorem. In quo singulares illi a me gratiæ debentur, reliquum. Te quod facis, post deum opt. max. (cui quia animam, corpus & omnia debemus, & honor etiamnum primus est habendus) parentes nostros tota obsecrarim mente colas, omnique studio obserues, iisq; iuxta prouerbium ἀντιπελαργεῖν cogitas, hocque dei nostri præscripto, naturaq; ipsa monente faciundum memineris. Nostra utique est, eos, maxime labore emeritos & exhaustos, tum pariter ætate defessos, & decrepitos uicissim

Additio post cōclusionē. Vdalric. Burchardus

Missinia Lipzig Georgius dux Saxoniæ

Ioannes Thabart

Deus est uenerandus

Parentes honorandos

Adagiū

fouere, nutrire, alere, a quibus ipsi aliquando nutriti fuerimus. Quorum in numero uerissime parentes collocauerim, quos ad deorum immortalium uicem antiquitas omnino habendos censuit, in omni atque loco, omniq; honoris specie suspiciendos, id quod adeo credidit, ut neminem, nisi qui suam parentibus reuerentiam deferret, bonum adpellaret. Eos autem ipsos tum uenerabimur, quum in omnibus, quod illi recta iubent, libentiq; animo paruerimus, proq; uirili iis benefecerimus. Eo autem quid uel sanctius uel iustius Nihil me Hercule, quam beneficia conferre iis (intellige parentibus) qui ut essemus, & bene essemus, in causa fuerint. Quod obseruaturi in terra longæui, fortunati, absque ignominia haud dubie, & hominem exuentes apud deum parentum parentem beati semper futuri sumus. Hæc hactenus, quæ, quoniam stimulis non indigeas, te haudquaquam admonuissem, nisi tui me amor (utuntur tamen plerunque amici mutuis inuicem admonitionibus) euocasset, ut equo uel currenti calcaria adderem. Tuū tamen interim erit, sorores nostras charissimas, quæ fortaßis non, qua tu, pollent indole, ingeniiq; acrimonia, frequentius horteris, ut omni, quo possunt, studio, amore, reuerentia secundum deum optimum parentes excolant. iisque se obsequentes præbeant, quod si fecerint, salutem sentient & corporis & animæ non mediocrem, quibus procul dubio in bonum, ut diui Apostoli uerbo utar, cedent euenturaq; sunt uniuersa. VALEDICTIO. Cura

Parentibus obediendum

Quæ bona sequātur parētes honorantes

Paulus

nũ dulcißime, & charißime frater, ut ualeas. Ego proinde interea pariter meæ ualetudini operam sum daturus VALE DICTIONIS APPENDIX. Problemata mea in titulum de regulis Cæsarei iuris, exercẽdi potius ingenii quam edendi gratia nuper a nobis composita, & alia, quæ in aliquot iuris publici decreta scripsimus, scholia, quæ a multis magnopere uideri, legi, haberiq; scribis desyderari, propediem ad te perferenda curabo. Nunc enim meo haud hospitiolo, sed excellentissimi intra nostrum tempus Iurisconsulti Antonii Francisci a doctoribus primarii iuris utriusque in famigeratißimo totius orbis archigymnasio Patauino interpretis mei præceptoris longe omnium & humanissimi & doctißimi censoria uirga Aristarchiq; lima perfruuntur, cuius (ut audio) quia non undequaque illi improbantur, auspicio publice per calcographiam excudenda breui edentur, dii immortales secundent exitumque propitii fortunent, spero enim inibi legum sanctarum candidatis nonnihil me operæ, & eruditionis allaturum, utcũque erunt, qui forte nauseantes naso suspendũt adunco, quod sane, uel eo nauci sum facturus, quod idem me multo doctioribus usu uenisse, uenireq; quotidie uidi & uideo iterum uale, & mihi indulgeas, boniq; consulas, quod tibi obsequens epistolæ legem prope excesserim, quam tamen ita modo extendi, ut quod requirebas solum scripserim, meq; adnectere crediderim, quæ tibi nostrisq;, q te absente fruũtur, nõ minus grata quam ꝓ tẽpore accommodata fore

F.N. In iuris titulũ ꝓblemata

A. Franciscus a doctoribus Patauinus

Nemo caret rẽphẽsione

existimabantur, hinc eo me uenia dignum plane spe-
ro. Sin frontem contraxeris, talionem te reddere ue-
lim, hoc est in rescribendo æque, idque longa epistola
(quæ utique hoc mihi gratior, quo longior futura est)
omnino effice LOCI POSITIO Patauii
TEMPORIS ADIVNCTIO Septimo & decimo
Calendas Februarias. Anno a xp̄i natali. M.D.XXII.

SYNTAGMATIS PERORATIO

HAec sunt, optimi adolescentes, nostra de epistolica scriptione scholia, quæ nostra ex memoria, perinde atque obsita penu quadam repetita, postliminioq; recepta uobis toties rogitantibus, & (quod ueritati propius dixerim) importunis plane interpellatoribus iam tandem, etsi grauißima distentus ualetudine, colligenda, mittenda, communicanda putaui. Quæ uel ideo uobis grata & utilia fore sperauerim, quod breuitate citra (absit cuiquam arrogantius dicere uidear) obscuritatem suffulta uestræ consulent memoriæ, tum quod ea a magistris, iisque omnibus ferme mutis didicerim, qui latine, candide, incorrupte loquuti sunt, & scriptitarunt. Grata denique, quod ingenii uestri excolendi studiosißimus communicarit. Quam autem ego isthæc probarim, non habeo, ne de me (quod fieri non debet) gloriosius garriam. Illud tamen facile dixerim, & quidem sine pudore, uos hæc obnixe lecturos non minus ea in arte epistolas scribendi q̄ ex aliorum eius pariter pro

uinciæ pelago, emolumēti ſuſcepturos, quæ perinde ma gna erunt, ut ceperitis ac legeritis Sint autem huiuſ modi mei commentarioli inter ueſtra, quæ ſcribere epi ſtolas docent, uolumina, hoſpites, quoniam ciues forte minus eſſe poſſint, quæ ciuitatis iura haud tum merean tur. Non autem eſt, quod me excuſem, quia compluſcu la inibi deſyderari quiuerint, cum, quod nemo omnia da re poteſt, tum, quia nō omnino mihi integrum Cyaneas inter petras nauiculam agere cenſuerim, qualiacunque tandem & quantula deniq; ſint, boni conſuletis, et ani mum, nō rem æſtimabitis, quo fiet, ut uel perperam ſcri benti, modo prodeſſe cupiēti, gratias ſubinde ſitis acturi Potuiſſent autem ſingula a nobis tradi & emunctiora & abundantiora, ſi minus mei corporis atq; ingenii ob ſtitiſſet imbecillitas. Quanq̃ etiam eſſe diffuſior poterā, ſi uel ob alias, quas paſſi; adduxi, cauſas mihi licere ani maduertiſſem, quod pluſculi factitarunt, omnia ſcilicet, quæ uel a ſexcentis antea ſunt ad ſaturitatem prope uſ q; tradita, quæq; in buccam (ut aiunt) ueniſſent, effu tire, ut doctus potius q̃ fidelis præceptor uiderer, uos quaſi in ineſtricabilem ſyluam trahere uellem. Verū.n. uero quid ad Mercurium? Quotuſquiſq; eſt, qui non nugari, quam quæ ad rem attinēt breuiter oculis ſubii cere malit? quod ipſe equidem hactenus hic & alias adeo ſubterfugere uiſus ſum, ut fideliorem q̃ uel do ctiorem uel terſiorem me nemo nō (hoc tamē facturus non errabit) iudicare poſſit. Quod hoc minus penſi ha buerim, quo magis meas in docendo partes me impleſſe putauerim. Docentium ſiquidem eſt, ut docentes intelli

Adagiū

ꝓuerbiū

nes quasi riuulorum fontes iugiter cõspicueq; fluẽtes arbores ex sylua ingenti omnibus proceriores, et duas inter uiburna cupressos, & plane duos totius exercitus imperatores strenuos semper & ubiq; lectitandos suadeã & præcipiam Ciceronem & Plinium iuniorem illũ sane ut in omni eloquentia eminentissimum, hunc ut eminentissimo ꝓximum. Quorum eqdem utriusq; monumentis literarum, presertim epistolarum usq; adeo capior, teneor, imitorq;, ut eos inter alios nimirum scriptores haudsecus, ac numina uenerari, exosculari, adorareq; soleam. Horum itaq; epistolas omnibus eloquentiæ partibus exornatas, & plane omni laude maiores nũq̃ nõ lectione dignas, peneq; uobis necessarias existimari; ad quarum prorsus effigiem uestras uelim formatum iri epistolas. Ex Tullii mediusfidius epistolis uim Demosthenis, copiam Platonis, suauitatem Isocratis. Ex Plinii subtilitatem Lysiæ, Hyperidis acumen, Aeschinis sonitũ Ex illius inquam epistolis elegantiam sermonis, ex huius laudabilem breuitatem, ex utriusq; denum lactea in primis, pura, candida, latina, tersa, expolitaq; uerba, dictionum, orationisq; splendorem, sententiarum grauitatem, uitæ integritatem, & subinde attinens ad hoc scriptionis genus omne indubie capietis. Hinc in iis esse uos uelim totos, has spectate, hæ sint uobis exẽpla, has uersate manu diurna, iuxtaq; nocturna, in iis uestrũ sit negociũ, in iis ocium, labor, reqes, uigiliæ, somnus. Has habete continẽter in manibus, sint hæ enchiridia uestra Quod ubi feceritis, uestra ingenia beatissima dictionis ubertate implebitis, & non pluuias (ut Pindari uerbo

Laus ciceroniana et plinianarũ epistolarum

Demosthenes

Plato

Isocrates

Lysias

Hyperides

Aeschines

Pindari uerbum

utar) sed aquas uiuo gurgite manantes colligetis. Scriptitaturi ꝑinde (ut idem sæpius moneam) epistolas Ciceronis & Plinii, cæterorum, q̄ bene scripserunt, haud post habitis, epistolas uobis facite, ut quædam p̄scripta, proposita, ideas, specula, exempla, & tum uos in eo scribendi genere profecisse gloriaminor, quando ad illorum epistolas uestræ accesserint ꝓximæ. Sed frustra monemus, quæ uobis uel notissima sunt. Finem ea ꝓpter tandē facturi, noluerimus hæc nostra epistolicæ scriptiōis cōmentariola, & admonita ꝓtreptica, sepositiq; tēporis opellas cuiq; a uobis, quā ītimis nostris impertitū iri. Inter quos obuiā uenit Georgius Sonnēsteiner, iuuenis, sane moribus elegans, a literis bonis nō abhorrēs, īgenii cādore pollēs, incredibiliq; modestia decoratus, eaq; idole fulgēs, ut existimē eū nō uulgare mihi decus appositurū. Est enim (ut scitis, ueluti uos) tēpore aliquot me familiari usus præceptore. Quem deniq; hoc ꝓpensius dilexerim, quo magis ac magis mei est, apud optimos quosq;, nominis studiosus. Eius etiānū sortis iudicarim Vincētiū Zenzinū Rhœtū nostri pariter nōis admiratorem (ut audio) mirificū. Nolim & ab iis exclusum iri Prosdocimū nostrū placiolā Patauinū, iuuenem ad literas, earūq; ornamēto natū. De Hieronymo nostro Vitali artiū bonarū apprime studioso nō est, qd' moneā, quū is haud dubio nō extremas sibi in nostris laboribus uendicet partes, quippe, nostri amicissimus. Valete, & me, quod facitis, mutuo diligite.

FINIS.

QVanti apud me ſint, lector ingenue. Nauſeæ Blā
cicāpiani uiri plane docti. opera, ꝙ̄q; cupiā, uel
tua cā, noſtros illius ingenio, et eruditiōi labores, ex par
te ſaltem, reſponſuros, inde uelim cognoſcas. Qđ i his
utiliſſimis duobus imprimēdis opuſculis ſummā, quā po
tuimus, diligentiā adhibuerimus, & ſubinde curſim re
legētes ea, ſeruos aliquot fugitiuos, uel uiliſſimos. i. mi-
nutiſſima aliqua, et q̄dē pauca, errata, quæ partim libra
rii, q̄ illa cācellatis, et minutiſſimis pene characteribus
opuſcula, Nauſea ꝓculdubio abſente, uelocius trāſcripſit
incuria, partim compoſitorū, quos uocamus, negligentia
ſunt admiſſa, cōgeſſimus. Quæ boni cōſulas oro. memor-
q; ſis, nec argū oīa uidiſſe. Tuum p̄terea erit, reliqua, ſi
qua inuenies, aut in uerbis aut in pūctis, diſtinctiōibuſ-
ue mēda pie remoueas, et neutri, nec authori operis, nec
mihi culpam adſcribas. Vbi ergo in charta. 10. de-
fuerit. lege. defueritis. in ea. prætulerit. le. prætuleritis.
in ea. liberaliſſime; le. liberaliter. ch. 13. poetā ueriti. le.
poetā dicere ueriti. In ea. cōmendandū. le. cōmendādus.
ch. 16. Ariſtophanes. le. Ariſtophanē. ch. 18. imitami-
ni. le. imitemini. ch. 22. Eſſeq; . le. multoſq; radicetur eē.
ch. 23. acq̄ritur. le. acq̄reretur. In ea. ſicq; . le. ſiq; . ch.
24. multitudinū. le. multitudine. ch. 26 In illis uero me
tris. le. illa uero metra. ch. 28, quæ uiri ſapiētiſſimi. le.
quas uiri ſapiētiſſimi uirtutū p̄mia dixerūt. In ea. plane
modo le. plane nō modo. In ea. ſeipſum. le. ſi ipm. ch. 33
quæpiā. le. quapiā. ch. 34. excepta. le. exceptio. In ea.
me. le. mi. ch, 35. modo. le. tu. In ea. multitudinū. le. mul
titudinē. ch. 37. de. l. di. ch. 38. illa. l. ulla. ch. 39. oī. l.

oium·ch·40·atq;·l·adq;·ch·41·eo·l·ea. In ea·finitæ le·finitas·ch,42·adspernabilis· l·adspernabiles· In ea indicarũt·l·iudicarũt·ch·44·hõestißimæ,adde domus ch·45·chrũs·l·xp̃is·In ead·templis·l·templa· ch· 49· utrũq;·l·utcunq;·in ea·tẽporis·l·tẽpore·ch·53·inueni at·l·eueniat·In ea·decãtare·l·decantari·in ea·etsi·l· et se·char,55·Quintilianum·l· Quintianum· char· 55· quanq;·id addidero·l·addã·in ea·solũ·l·solis·char·64· q;q;·l·q;·ch·67·licet depone uocẽ licet·ch·73·habeto le·habete·ch·74·recti·l·recte· ch·75· adductiuũ·l· adiectiuũ·in ea·factitãt·l·factitare·ch·76· habẽdũ·l· habendã·ch·79·authoritate·l·authoritati·ch·81·uale le·ualere·ch·82·laudi·l·laudis·in ea·suasq;·l·ipsorũq; ch·87·fuisset·adde gloriata·in ea·defleã·l·deflem·ch· 88·iure·l·iuris·ch·83·habendũ·l·minus,ch·92·autho rum·l·authorẽ·ch·93,excerta·l·excerperẽ et· ch· 98· quod·l·quot·ch·ea·istinc·l·istuc·redditum· l· reditũ· ea·cuius·l,quo ea·nobili·l·nobilius·ch · 97· aboleat·l· oboleat·ch·103·Audin·l·auden·In ea·feriem·l·feriam ch·104·Venere·l· Veneri·in ea·successurũ·l·successurã in ea·aliam·l·aleam·ch·101 manus·l·manes,

¶ Impressum Venetiis per Gregorium de Gregoriis, Anno. M. D. XXII. die. xvi. Maii.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P

Quaterniones omnes præter P ꝗ est duernio.